

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Fecht Johann Friedrich Eichfeld

**De Ordine Modoque Gratiae Divinae, In Conversione Hominis Occupatae,
Aphorismi Theologici**

Rostochii: Wepplingius, [1697]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740910345>

Druck Freier  Zugang



RU theol. Juni 1697

Fechtius, Jo.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740910345/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740910345/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740910345/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740910345/phys_0003)

DFG



*XIV
DE ! 2 verdi daag
spørke!*

ORDINE MODOQVE GRATIÆ DIVINÆ, IN CONVERSIONE HOMINIS OCCUPATÆ, APHORISMI THEOLOGICI, QVOS INVOCATO SERVIS PRÆCIBUS DIVINO NUMINE CONSCRIPTOS, EODEM FELICITER ANNUENTE, PRÆSIDE


JOANNE FECHTIO, D.
ET PR. P. CONS. DUC. ADS. DISTR. ROST. SU.
PERINT. P. T. AC. RECTORE,
AD DISPUTATIONEM PUBLICAM, DIE HABENDAM
PROPONIT

JOHANNES FRIDERICUS
Bichfeld/

CELLA LUNEBURGICUS.

Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

1697. Fini 1698



SOLIDISSIMO THEOLOGO & AMPLISSIMO EUTINENSIO PRÆSUL
JOANNI DANIELI BUTEMEISTERO,

S. P. P.
JO. FECHT. D.

B liennium est, Vir Optime, cum à me requireret, sublatus nunc in Cœlitum confortum, CASPARUS HERMANNUS SANDHAGENIUS, ut argumentum de DIVINÆ GRATIÆ OECONOMIA, cuius quandam delineationem in scholis meis privatis casu quodam viderat, brevi quasi nucleo inclusum, ad publicam Disputationem, ab ANDREA FRIEDLIBIO defendendam, aptarem. Gessissem tum voluntati Viri, cui omniofficiorum genere devictus vixeram, morem, nisi privata necessitate adactus Stralemundum tum preopere concessisset FRIEDLIEBIUS, ubi operam etiam numerum navat sacro Ministerio, ut piam, ita pro more suo plane indefessam. Ante paucas verò septimanas non petitum tantum suum, è memoria meahactenus prorsus deletū, repetiit, sed Respondentem etiam suggescit, Affinem Tuum, Juvenem, qui apud plures certe Academiæ nostræ Doctores, ob navatam in Studiis, cum Exegeticis, tum Didacticis, operam planè singularem & indesinente, cui infucatam animi pietatem & amabilem morum modestiam pertinacissimo amore conjunxit, eam reportavit laudem, quæ rara prorsus est & paucissimis tribui potest. Qva ex re non ob PATRUM tantum ejus, Ecclesiæ Luneburgico Zellensum Summum Antistitem, FRANCISCUM EICHFELDIUM, Theologum senio & meritis Venerabilem, sed ob Te etiam, Piætissime BUTEMEISTERE, qui proxima necessitudine eidem conjunctus es, summam eqvidem & solidam cœpi voluptatem. Non ignorabat ille, quibus studiorum suorum Patronis impensa in Theologiam operæ ratio reddenda esset, quarumque præcipue rerum ab ipso notitia requiretur. Sacrarum literarum amorem Divinæ disciplinæ alumno omib[us] aliis literarum studiis, imprimis ad pompam & seculum comparatis, præferendum esse, non Vos tantum, O Trium Viri, (liceat enim vobis adhuc sociare SANDHAGENIUM, cuius anima arctissimo semper nexus copulata Vobis manebit,) jure meritoque judicatis, sed qui Doctorum in Academiis aliter existimaverit, eum Theologi nomine proclamari non indignum tantum fuerit, sed iniquum, imò absurdum & ineptum. Qvod si officio aliqui suo hâc in parte defuerint, nec sint in culpa ipsi Theologæ Cultores, qui ad lectiones Biblicas nulla interdum vi adduci possunt, cur hoc Academiis ipsi magis imputetur, quam cum illi Theologi, qui hac accusatione Academias insectantur & toti orbi invisas reddunt, plurimas sœpe officii sui partes negligunt? Nisi forte ipsi soli sint, è quorum cœtu omnis exulet hypocrisis; Qvod tamen malum severiori pietatis professioni nonnunquam magis, quam institutis quibuscumque aliis hærere solet. Viderint interea hi: anno Bibliorum legendorum studium, dum animum à præpostero nimioque profanæ literaturæ amore juste abstrahere satagunt, ita suis obrudant, ut & moderatum quidem, necessarium tamen, universæ rationis cultum è Theologia sua proscribant? Quæ equidem prima est ad Fanaticismum via. Vos Verò, Viri Doctores, nobiscum profiteri haud veremini, rationem ante o[mn]ia futuro Theologo & Scripturarum lectori excolenda esse, ut non legeretan-

et tantum Biblia, sed & ~~egregiū pēnū~~, recto ordine tractare ediscat. Nam & aurifaber,
quamquam unicum propriumq; p̄s̄is objectum aurum sit, cujus notitia & tractatio ante
cetera omnia ei necessaria est, carere tamen plurimis vel instrumentis vel materialiis
aliis non potest, si redigere velit aurum in formam & gratis oculo ornamentiis conde-
corare. Eos interea, q̄vi in instrumentoru notitia eonsenescunt, & rem ipsam, cujusuni-
us gratia reliquorū omnīū scientiam consequantur, susq; dēq; habent, nec privatam illi nec
publicam impendentes operam, impius sit, q̄vi non à stolido proposito, q̄voties cunq;
ei obnascitur occasio, dehortetur & stultitiam iis suam oboeulos ponat. Ideq; videm de
EICHFELDIO Tuo, Doctissime BUTEMEISTERE, verè testari possum, illum toto,
q̄vo apud nos fuit, tempore, id unice egisse, ut Scripturam, id est, vere fundamentalem
hauriret Theologiam. Cui fini omnes singulasq; Scholas HABICHHORSTIANAS &
STARKIANAS, intelligentis Bibliis unice servientes, cupidissime nec unquam inter-
rupta diligentia frequentavit. De meis in Theologiam laboribus nihil dicam, in quibus
pubem nostram, Sanctissimæ disciplinæ Thesin imbibituram, ad classicorum in q̄ibus-
vis articulis testimoniiorum Scripturæ non allegationem tantum, sed solidam è toto con-
textu intelligentiam, q̄votidianam & Praxi & exhortatione deduci, si ipsi testentur, qui inus-
tata frequentia ad eosdem audiendos accedunt. De præsentiverò Disputatione mea, quale
judicū velà B. SANDHAGENIO, si vixisset, pollicerim ihipotuerim, vel à Te, Theologo
SANDHAGENII simillimo, promittere mihi queā, haud facile dixerim. Iis nunc & publi-
cis & privatis laboribus me non tam occupatum, quam oppressum esse omnes norunt, ut
juxta tædia curasq; Rectorales, plus quam q̄votidianas, non decerpere horas sed, suffu-
rari ad alia q̄væcunq; agenda cogar. Id itaq; solammodo dedi operam, ut Doctrinam de
GRATIA in Thesi diuīde complecterer & fundamentis suis munirem. Si enim Anti-
thesis adjungenda fuisset, non Disputatio qualisq; sed libellus integer aut libri exi-
sissent. Si qvidquam sit, qvod placere Tibi possit, ordo id fuerit, me justice, cui argu-
mentum totum inclusi. Cætera amor in me Tuus supplebit. Significo tamen simul, brevi
Hamburgi in lucem editum iri aliquot de **GRATIA** Homilia Ecclesiasticas, Auctore
Doctissimo Viro M. MARTINO OTTIONE HENRICI, Ecclesiae Otterndorpiensis in
Hadelia Pastore, optime de coetu suo merito, q̄væ cum à me lectæ eximiè mihi placu-
erint, sitim citra dubium Tuam plus quam h̄ ipsæ pagellæ extinguent. Non possum
autem dicere, quo me dolore p̄maturus SANDHAGENII excessus, adfixerit. The-
ologus fuerat, qvod omni laude eminentius est, vere ΒΙΒΑΙΚΩΤΑΤΟΣ, & igneo quo-
dam ardore id studium, sive in curæ sua obnoxios, sive in q̄voscunq; alias, qvos vel
forsei obtulerat, propagandi accensus. Cognovi frequenti literarum commercio seri-
am hujus Viri & manantem ex intimo pectoris penetrati pietatem. Has dotes, o quam
raras, subtraxit nobis iratus rebus nostris Deus. Dum vero hanc casum, heu Ecclesiaz
nostræ quam flebilem! amaris lacrymis deploramus, id unum restat, ut Deo, provido
PATRI, fata Ecclesiaz suæ commendemus. Is duplēcē Tibi, amantissime Vir, induat
Spiritum, cujus præsidio in promovenda Ecclesiaz salute non minore, quam qvō ille ex-
splenduit, successu utaris. Vale, Scrib. Rostochii. d. xxvi. jun. M.D. C. xcvi.

DE
ORDINE MODOq; GRATIÆ DIVINÆ, HOMINEM
CONVERTENTIS

Aph. I.

Quid gratiæ voce intelligatur?



Vamquam gratiæ vocabulum non uno modo accipiatur in Scripturâ, propriè tamen de DEO usurpatum amorem ejus & favorem significat, qvo solo, nullo hominis merito, motus, ejusdem in peccata prolapsi & æternæ damnationis rei miseretur, eique media ordinat, qvibus ex miseriâ suâ eluctari queat.
Qvare & τὴς χάριτος, gratia & ζελεσ, misericordia voces ἡνδρῶν ponuntur, in illustri Apostoli loco : Accedamus cum confidentiâ ad thronum gracie, ut accipiamus misericordiam & gratiam inveniamus ad oportunum auxilium. Hebr. IV. 16. Qvod adeò verum est, ut & ipsa dona Divina, homini collata, non aliam ob rationem χάριτος seu gratiæ nomine vocentur, qvam qvod, qvi ea confert, gratuitò planè & proprio motu conferat, sine ullo merito aut dignitate ejus, cui conferuntur. Quod eleganter exprimit Paulus, ut alias freqventer, ita & I. Cor. III. 10. secundum gratiam DEI, que mihi data est. Erat autem hæc ea gratia, qvâ, cum Ecclesiam DEI persequeretur, indignus, qvi Apostolus appellaretur, DEUS ejus misertus tales eum fecit, qualis factus est: Gratia DEI sum, quod sum & gracia ejus non iuvans in me facta est. I. Cor. XV. 9. 10. Gratia nempe Dei eum fecerat & in ipso simul facta erat. Illam activam, hanc passivam vocare solemus. Et qvamq; hæc Divina gratia sese in universum salutis humanæ negotium diffundat, ut adeò ex gratiâ sit, qvod Deus hominem lapsum reparare decreverit, qvod medium ad id, Filii sui redemptionem, ab æterno ordinaverit, qvod Filius in carnem descenderit & genus humandum morte suâ Deo Patri reconciliaverit, qvod Spiritum Sanctum.

A

ad

ad dona sua distribuenda Ecclesiæ miserit: tamen particulari ratione is Dei favor cum in Scripturâ, tum apud Ecclesiæ doctores, gratiæ nomine venire solet, qui occupatur in homine jam redempto, ut ei redemptio & meritum Christi applicari & fructus adeò tanti beneficij ad eundem redundare queat. Nec enim sufficiebat, Deum Patrem hominis lapsi misereri, aut Filium DEI redemptionis opus suscipere, requirebatur, ut hujus quoque beneficii per collationem mediorum, DEO placentium, homo participes redderetur. Primum illud, voluntas miserendi & reparendi, DEO Patri, secundum, redemptio humani generis, Filio DEI, tertium denique, gratia, quâ & voluntas illa Patris & meritum Filii sui homini fructuosa redunduntur, Spiritui Sancto, ordinem personarum Divinarum intra se, ad extra relucentem, vulgo appropriantur. Ideò enim, postquam Deus Pater Filium suum in mundum misseret & postquam Filius mundum Deo reapse conciliasset, hic ipse Filius DEI promittit à Patre Spiritum Sanctum, qui mundum ab erroribus & peccatis liberet, veritatem Divinam iisdem implaret, veramque in iis justitiam efficiat. Joh. XV. 26. 27. XVI. 7. f.

Aph. II.

Gratiæ ordinatam esse.

Divina gratia, dum hominem, Christi sanguine redemptum, ad usum frumentum hujus redemptionis adducere, id est, vocando, regenerando, justificando, sanctificando, beneficiorum, sanguine Christi partorum, participem reddere adlaborat, intra certum ordinem progreditur. Non simul semelque omnes vires suas, ut ita loquar, & divitias profundit & ex homine flagitosissimo uno momento sanctissimum efficit. Non vim quasi eidem intentat, nolentemque cogit. Id enim esset ex homine mulum facere asinumque, *haud intelligentem, cui freno & lupo opus est, ut ad hominem adducatur.* Psalm. XXXII. 9. Cum homine DEUS agit, ut cum creaturâ rationis participe, quem id est intellectu & voluntatis libertate instruxit, ut ex se & suo motu aliquid vel agere vel intermittere, actionesque Divinas, in ipso operaturas, vel admittere vel repudiare atque repellere posset. Hoc est

est, שָׁמֹר בְּחַבְלֵי אֹרֶן, *trahere funibus hominis*, id est, cēū illicō exponitur: בְּעֲכָתָה אֲחַבָּה, *funibus gracie*, Os. XI. 4. Qvamq; hæc attractio Divina opponatur immediatè attractioni molesta & calamitosa, qvalis esse sole te ea, qvā bos injecto ejugo loroque duci invitū. & cum dolore qvopiam solet, (cui bovi Israēlem comparaverat Deus, Os. X. ii.) atq; adeò id hoc loco dicere ad Israēlem velit DEUS: enī bos sis; non tamen funibus, qvib; boves ligari solent, molestis & afflagentibus, sed humanis, omni gratiā & misericordiā plenis, te ducam: בְּמִשְׁיַחַת רְחִמָּה, ut ex Jonathane interpretatur R. Salomo Jarchi, attractione miserationem, qvæ fit leni syaviq; modo, tamen hoc ipso id simul innuitur, Deum hominem non cogendo, aut, ut barbarè loquamur, necessitando tractare, ut tractari bestiæ conservetur, בְּחַבְלֵי עֲגָלָה, *funibus vitulinis*, (qvi vituli ob nativam petulantiam difficilius in ordine qvam boves continentur) crassis illis & densis, sed eo pacto, qvi לְאַדְםָ, homini, qvā homo est & excellenti illā propriæ libertatis facultate gaudet, convenit, ut possit nempe funes ei injectos tolerare, aut si placuerit, excutere. Non fugit hoc doctissimum Iudæum, R. Dav. Kimchi, qvi ad hunc locū annotat: Propterea quo d. comparavit Ephraim vitule, quam irabunt funibus: ego, inquit, iraxi Israēle funibus hominis, non autē funibus vitulae, quibus eam inviram irabunt, sed sicut trahit homo socium suum sensim & pede dentim, non cogens eum præter voluntatem suam ambulare, sic iraxi eos placide & leniter. Unde & subjungit; loris dilectionis. Nempe habet Divina gratia gradus qvoscam & לְאַטְמָ, pede dentim, pedem de uno actu in alterum sensim promovendo, procedit; ut si prior gradus admittatur, statim subsequatur alter, & hoc admisso inleqvatur tertius, & sic porro. Primo verò vel neglecto vel contempto mirum non sit, secundum subseqvi non posse, aut secundo rejecto tertium. Planè ut in scalâ ad summum gradum non adscenditur, nisi per gradus interjacentes & hi nisi accuratè presque observentur, hiatus semper faciet, qvo minus, qvi hunc excipit, queat obtineri.

Aph. III.

Nempe DEUS DEUS ordinis est. Ut omnia creavit & disposuit,

mensurā, numero & pondere. Sap. XI. 21. ita eodem ordine gubernat, regitque. Qui ad ordinem non creaturas tantum omnes in regno potentiae, sed & Ecclesiam suam in regno gratiae adstrinxit, dicente Apostolo: Omnia decenter & secundum ordinem fiant; I. Cor. XIV. 40. is ipse in agendo ordinis sit expers? Verè Augustinus, libro de Ordine ad Zenobium, qui habetur Tomo I. Opp. Bas. p. 43. Cap. III. Ordo est, inquit, per quem aguntur omnia, que Deus constituit. Quid ipse DEUS, inquam, non tibi videtur agi ordine? Prorsus videtur. Quare cum ordinem praescripsisset servis illis, quibus facultates suas commisit, quo illi negotiantes lucrarentur, eos, qui hunc ordinem sedulò observaverant, praemii, qui neglexerant, poenis affecit, Matth. XXV. 14. s. De donorum Divinorum & collocacione, respectu DEI, & usu respectu hominis, parabolas hoc capite recensitas agere, omni dubitatione caret. Qvod si præcipue respiciuntur dona ministrantia, ad eorum tamen analogiam cætera dona omnia, vel ad hominem convertendum vel ad eundem sanctificandum tendentia, non excluduntur. Quænam sit consuetudo, quinam mos Divini Numinis, in erogandis gratiæ suæ muneribus, generatim docet Servator. Παρέδωκεν αὐτοῖς τὰ ὑπάχωντα, dedit ipsis facultates suas, bona sua, argenti nomine figurata expressa, Luc. XIX. 15. quæ magis proprietas eius erat, possestat, in regendâ civitate, Ecclesiâ, familiâ; & & egypti, operis, cui libet in vocatione suâ commissi, Marc. XIII. 34. repræsentantur. At verò & cuilibet Christiano τὸ ἔργον, opus Christianismi per Divinam gratiam committitur. Quilibet vocatus à DEO est in vineam suam, ad laborandum. Omni homini aliqua argenti, id est, gratiæ particula offertur, ut eam acceptet, eaque recte uatur. Nec tantum gratia ipsa offertur, sed simul cum gratiâ & ex gratiâ acceptandi, quâ per naturam destituitur, eaque utendi facultas. Si primam gratiam acceptet, non quidem promeretur alteram, sed tamen ex gratiosa DEI dispositione, qui ordinem amat, sequitur altera. Ordinis ratio est, non meriti. Unum talentum primus gratiæ gradus est, plura sequentes. Qui primum non recipit, sed repellit, secundo indignus est. Qui unum talentum defodit, cætera non consequitur. Quinimò huic dicitur: tollite ab eo talentum & date habentii decem talenta. Habentii namque

que dabitur, ut abundet: ab eo autem, qui non habet, etiam quod habet, auferitur ab eo. Tolligratia dicitur, qvia cum mensurâ non repetitur. Habenti datur, qvia bene utenti primo gratiæ gradu conferatur uberior. Non habere gratiam dicitur, qvam tamen simul habere enunciatur, qvia habet qvidem sibi annunciatam & oblatam, adeoque habere videtur, Luc. IIX. 18. non tamen habet à se receptam & in usum suum conversam. Habet, dummodo velit aut recipiat, non habet, qvia acceptam non possidet. Clarissimum ergo est, DEUM ita dispensare gratiæ suæ gradus, ut secundus semper dependeat ab ulo primæ; quemque præviderit Deus primam gratiam acceptaturum esse, ei decreuisse secundam, secundi verò cæterorumq; compotem fieri non posse eum, qui speraverit primum.

Aph. IV.

Id scripturam docere.

Divinus hic ordo, eq; involuta connexio aut connexionis turbato ordine negatio, ut in parabolâ exposita evidenter ob oculos ponitur ita eandem & alibi passim notanter insinuari, jam olim adversus Reformatos, id ipsum strenue negantes, (videantur judicia Theologorum circa tertium & quartum articulum, de causâ fidei & modo conversionis) Remonstrantes, adductis eam in rem S. Literarum testimonius, immotè comprobarunt, Def. Sec. Art. p. 327. s. David ubiorem hominis illuminationem à timore Domini suspendit, Psalm. XXV. 12. *Quis est vir, timens Iehovam? Docebit eum de via, qvam eligat.* Timet Deum, qui ejus verba non ut hominis, sed ut DEI verba suscipit, patiturque ex iisdem sese edoceri. Qui non repellit motus, per verbum ipsi impressos, sed iisdem obsequium præbet. Quocunque gradu Deus per gratiam suam operari in homine instituit, timore Dei opus est, ne gratiam illam ejusque motum contemnas; quo admissio semper paratus est Deus ad animum plenius illuminandum. *Timor DEI in iuuum est omnis sapientia,* Psalm. CXI. 10. quo cunque illa gradu dispensetur. Ut tenebras tibi connatas & ignorantiam naturalem deponas, timore DEI opus est. His depositis timore DEI opus est, ut prima lucis & veritatis initia recipias. His si potitus

A;

potitus

potitus fueris, timendus est DEUS, ut subinde magis magisque illi
lustreris. Timetur DEUS, quoties motus ejus non supprimuntur. Ti-
mor DEI via & medium est, quo majoris semper gratiae compo-
reddaris. Recte Judaeus, R. Aben Esra. ad loc. add. וְתַעֲמֵד כִּי וְרָאָתָּה שִׁבְחָר כְּתָתָּה
השֶׁבֶת הַבְּיָנָה אֶל חֶרֶךְ, sensus est, quod timor Do-
mini adducturus sit illum ad viam, quam elegere. Viam itaque in
primo quasi itineris introitu qui ambulare contemnit, id est, qui
primae gratiae, in convertendo homine occupatae, obicem po-
nit, eamque negligit, ne quidem progredi in itinere, id est, ul-
terioris gratiae particeps fieri, nedum attingere finem, id est, vi-
tam spiritualem & aeternam consequi potest. Plane idem in Sa-
lomonis Proverbiis legitur, c. IIX. 17. Ubi aeterna Filii sapientia:
Ego amans me amo; & mane quarentes me inservient me. Amat qui-
dem Deum hominem, antequam ametur ab homine, Rom. V. 9.
eundemque amissum querit, antequam ab homine queri possit,
Luc. XV. 4. Sed cum homo, a Deo amatus se ueritatem suam præven-
tus, amori Divino reciproco amore responderet, cum trahentem
sequitur, nec invitanti reluctatur, Deus impensius eundem ama-
re & gratiae suæ incrementis perfundere pergit. Quiq; in verbo
Divino dix noctis, meditantes, Psal. I. 2. Christū & veritatem ad Chri-
stum ducentem sedulò curioseq; indagant, Joh. V. 39. eundem majori
semper cum ueritatis illuminatione inueniunt. Est enim *πνευμα πορεια*
querere, ut & Chaldaei οὐρανός. Quæ enim mane negotia suscipimus, ea
summa cura studioque agimus. Unde D. Lucas iander ad hunc lo-
cum: *Siquis me agnoverit & me ac verbum meum dilexerit Gardenter*
augmentum fidei & veræ agnitionis Dei petierit, cum ego magis ac magis
reddam sapientiam atque intelligentem in verbo Dei. Habenti enim dabi-
zur. Nec aliter accipienda sunt Servatoris verba, Joh. VII. 17. Si
quis voluerit voluntatem ipsius facere, cognoscet de doctrina virum eum
debet, an a me ipso loquar. Audirebant Judæi Servatorem in templo
eruditè graviterq; docentem, τὸ εὐαγγέλιον ἐχοντα, Matth. VII. 29.
gewaltig/ ut Lutherus noster recte convertit, potenti dicendi virtute,
quæ tanquam preceptor docendo praeciperet & audientes ad
assensum cogeret, ut tali virtuti, animum convincenti, intus mi-
nus posset resisti, quam resistere extrinsecus potest servus, quando
aliquid a Domino ei praecipitur; miratique sunt, unde tantam na-
ctus

Etus esset doctrinam, quæ tamen vulgari Judæorum doctrinæ esset
simul adversa, cum in scholis ipsorum literis nunquam fuerit tin-
ctus? Dubitationi igitur & calumniæ pro more ipsorum inde
orituræ ita occurrit Christus, ut doctrinæ suæ & Divinitatem &
originem assereret, à Patre qvippe cœlesti emanantem, sibiq; ve
immediatè revelatam. Qvod cum aliter probare non posset,
nisi ab ipsâ doctrinæ indole, Divinâq; virtute, hanc sensuros
ipso esse intra animum suum profitetur, dummodo mediis à Deo
constitutis uti, doctrinamq; ipsius cum Vérbo ipmis revelato, inq;
Prophetarum scriptis contento, ledulò componere, nec reluctari
Spiritui, tum in ipsis operaturo, vellent. Hanc enim esse volun-
tatem patris. Hanc ejus voluntatem faciendam esse. Hanc si fe-
cerint, fore, ut ipso sensu animadversuri sint, non ex suo cerebro
fuisse hanc doctrinam, tanq; novam & antea inauditam, ut
ipsi persuasi sint, enatam, sed à fonte omnis veritatis, DEO, patre
suo, provenientē. Qvod mox & aliis argumentis confirmat. Hunc
ordinem gratiæ Divinæ cum spreyerint Judæi, ad comprehen-
dendam doctrinæ Christi veritatem pervenire non poterant, mul-
tò minus ad fiduciam erga Deum, ex hac doctrinâ concipiendam.
Quid verò clarius est illo Pauli & Barnabæ: *Vobis erat necesse pri-*
mò duci verbum Dei; quoniam verò repellitis illud & non dignos judica-
tis vos ipsos vitâ eternâ, ecce, verimus nos ad gentes! Act. XIII. 46.
Nempe quia primam gratiam, quæ in prædicando Judæis Evan-
gelio, servandisq; illis à pravâ natione, Act. II. 40, consistebat, repu-
diaverant, iis, quæ à Paulo dicebantur, contradicentes & blasphemantes,
XIII. 45, gratia ulterior, quæ in justificando & salvando consistebat,
sequi nō poterat, ceu seqvebatur apud gentiles, qui verbū cum gaudio
recepérunt, glorificantes verbum Domini & credentes, quoiquot ordinati
& dispositi per Divinam gratiam, fide à se receptam, erant advi-
tam eternam, v. 48. Qualis etiam seqvebatur multos Judæorum &
proselytorum Antiochenorum, qui verbū receperant, quosq; ad-
hortati fuerant Apostoli, *ut manerent in gratiâ Dei*, v. 43. Summatim
verum manet illud Servatoris nostri epiphonema, quod parabo,
læ de variâ agri conditione, cui injectum semen est, subjecit: *Qua-*
re videte, quomodo audieratis. Quisquis enim habet, dabitur illi; qui verò
non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab eo. LUC. IX. 42.

Aph. V.

Aph. V.

Gratiam gradibus distingui.

Hos Divinæ gratiæ gradus, ordine sece insequentes, Theologi veteres pariter & recentiores, qvibusdam vocibus, ^{τάξιν} il-lam non obscurè exprimentibus, repræsentarunt, qvamq; alii paucioribus, alii pluribus. Videas enim in Augustino, aliisq; patribus occurrere gratiam prævenientem, excitantem, moventem, præparantem, operantem, cooperantem, concomitantem, adjuvantem, subseqventem, perficientem. Multa verba sunt, sed una gratia, variis actibus, varioq; tempore dispensata. In numeris defectibus obnoxius ho no est, indiget itaq; non gratiæ tantum, sed gratiæ divitiis, Eph. I. 7. Mortuus est in peccatis, indiget itaq; gratia, qvæ eundem excitet ad vitam, moveatq; membra ejus, ut recepto Spiritu ingredi discat & currere. Ignavus est, præveniente itaq; & præparante gratia opus habet, ut ad eundum in viis Domini alacris reddatur Non idoneus est, ex seipso, tanquam ex seipso, qvicq; facere, necessaria ei itaq; est gratia, qvæ in ipso id operetur, qvod suapte virtute agere nequit. Si spiritus sit promptus, caro ubiq; vacillat, cooperantem itaq; & adjuvantem reqvirit gratiæ, qvæ carnem sustinet. Mundus ipsi & diabolus insidiantur, subseqvente itaq; opus est gratiæ, qvæ eidem assistat, qvæ eundem reducat in viam, eique victoriam conciliet. Non sufficit, hominem Christianum vitæ spiritualis fecisse initium, sed necesse est, ut perseveret in illâ usque ad finem, si cœlesti aliquando gloriæ potiri velit; opus itaque perficiente gratiæ, ut qui cœpit in eo bonum opus consummet etiam usque ad finem. Qvamquam verò nihil impediat, quo minus hi gratiæ gradus ad istum modum aut etiam amplius pro humanæ conditionis necessitate multiplicentur, non tamen etiam culpandi sunt illi, qui eos dē, ipsas quoque hominis necessitates in certos ordines classesq; redigentes, vel in minorem numerum contrahunt, vel aliter aliterque describunt. Cur enim non excitans ad prævenientem & movens ad præparantem & operans ad perficientem & cooperans, concomitansq; & subseqvens ad adjuvantem possit referri? Unde vulgariter hi gradus & forte etiam optime sub quadruplici distinctione proponun-

proponuntur: gratia prævenientis, præparantis, operantis & adjuvantis. Qui ultimus gradus merito solus auxiliorum gratie nomine, apud Scholasticos præcipue ex origine citra dubium Semi-Pelagiana, tantopere frequentato, venire debebat, sed Scholasticorum Pontificiorum non usque quaque laudabili imitatione obtinuit, ut hanc denominationem & cæteri gradus in Ecclesia nostra vulgo sustineant. Quicquid vero ejus rei sit, nihil aliud Theologia nostra illâ gratiarum Divinarum, ut ita loqvar, multitudine, quam Divina bonitatis super abundantem copiam, Rom. V. 20, innuere cupit, quam par sit non tantum peccatis omnibus infinito numero delendis, sed & beneficiis longè majore cumulo in nos effundendis. Praclarè Chrysostomus ad hunc locum: Non quantum indigebamus ad peccati intericum, tantum accepimus modo ex ipsa gratia, sed multi amplius. Nam et supplicio liberati sumus et vitiositatem omnem depositimus et de integro regenerari sumus et resurreximus sepulto vetere homine et redempti sumus. et sanctificari et in adoptionem adducti et præterea iustificati et fratres effecti unigeniti et coheredes et in eandem corporis unitatem redacti et in ipsis carnem confemur, atque ut corpus capiti, sic illi uniti sumus. Hac igitur omnia gratia exuberantiam appellavit Paulus. Majori cum ipso apud Prophetam V. T. hanc gratiae suæ negotiosam curam deprædicat Deus, Esai. V. 4, se visitori & Ecclesiam ejusque membra vineæ compafans, quam tantâ cum sollicitudine colat, ut major ab ipso & exactior expectari nequeat: quid faciendum amplius fuit vineæ mee, quod non fecerim in illâ? id est, R. D. Kimchij interprete: Omnes observationes, omniaque opera, que homo facere solet vineæ suæ, ego quoque seci eam; non remansi ulla res bona, que fieri poterat, quam non fecerim. Nec generatim tantum affectum suum & operam, in vineam collocatam, dilaudat, sed in specie labores exprimit, vineæ convenienties: circumdedi illam et elapidavi et planavi eam viti nobili, edificavi turrim in medio ejus, etiam torcular excidi in eâ. Potiores operas recentet, ut minores, omnesque cæteræ sub iisdem intelligentur. Vinea vero Ecclesia est. Et Ecclesia hominum cœtus est. Quicquid vineæ impenditur, hominibus impenditur. Nihil intermitit Deus facere, h.e. gratia suæ erogare, quod faciendum est, ut homines fructum ferant.

B

Diu

Diu noctuque semel iterumque, omni tempore locoque, summa curâ & conatu gratiani suam eum in finem dispensat.

Aph. VI.

Natura & instinctus gratiam praecedere.

B. PRæcedunt gratiam omnem naturæ quidam instinctus, hominem de turpitudine errorum factorumque suorum admonentes, eumque, ut de veriori colendi Deum & suæ saluti propiciandi ratione sollicitus sit, interius sollicitantes. Agit de iis Paulus Romanorum primo. Nempe Deus naturæ indidit occulatos stimulos, qui eundem pungunt & vellicant, injicuntne in exitio quvarum poenarum metum, si mala agat, conciliant animo tranquillitatem, si vera agat. Cumq; mala agenti formidinem inquietant, hinc sit, ut homo spe effugiendæ poenæ & consequendi præmii de eo quodammodo sollicitus sit, quod avertire impendens periculum posse videtur. Ut itaque DEUM colat, sibiq; conciliat amicum, omnistudio adnititur. Cumq; neminem herum ex servi, sed suo potius arbitrio coli velle, perpetuis experimentis cognoscat, varios Dei colendi modos, quos religiones vocamus, secum invicem componit, ut quæ verior sit & naturæ Divinæ convenientior, tandem deprehendat. Ita cum ad eam religionem delabitur, quæ verbo Divino nititur, ipsa Divini verbis, ad quam sentiendam ex accidenti tantum & præter intentionem suam delatus est, religionis ei veritatem & Divinitatem non manifestat tantum, sed quasi instillat. Itaque natura non per se & causaliter ad gratiam & Ecclesiam ducit, quod Pelagianum foret, sed ex accidenti. Ita enim intelligendum esse id, quod Apostolus dicit: *Lex est paedagogus ad Christum*, Gal. III. 24. ab hujus loci interpretibus jamdiu monitum fuit. Easdem naturales notitias & instinctus Atheniensibus inculcat Paulus, pariter hunc in finem, ut earum præsidio ad errorum suorum agnitionem deducit veriorem DEI cognitionem invenirent, Act. XVII. 24. s. Hunc enim in finem hanc eis DEUM per naturam revelasse notitiam profitetur, quæ Deum esse scirent, qui mundum fecerit, eaque quæ in mundo sunt, qui Dominus sit & rector universorum, omnibusque vitam & halitum & omnia largiatur, qui terram hominibus ad habitationem concesserit, stataque definierit tempora &

ra & habitationis terminos, ut quærerent Dominum, si omni po-
mibus quasi ipsum palparent & inventirent, cum non procul existat ab uno
quog_z nostrum, vers. 27. Manibus palpari dicitur Deus, qvia in
corporis creaturis DEUS incorporeus adeo clarè mentis oculis
cernitur & apprehenditur, ac si manibus palparetur. Qvemad-
modum & alibi mutis creaturis clamosum qvoddam attribuitur
silentium, cum cœli enarrare רְמַשְׁתָּכְלִין, ut Chaldæus habet, con-
siderantibus,) gloriam DEI & opus manuum ejus annunciare firmamen-
tum dicitur, Psalm. XIX, 2.

Aph. VII.

Qvomodo ad gratiam referantur?

PER vulgatum est & Theologis passim consuetum, hos naturæ
instinctus gratiæ nomine dignari, aut ad gratiam prævenien-
tem atqve vocantem referre. Indubitatum autem est, gratiæ no-
men easdem in generaliori illo significatu mereri, quo gratia est,
qvicqvid homini ad decus ipsius confertur & indebitum tamen
est atqve ex merâ bonitate Divinâ procedit. Sed annon his ipsis
notitiis naturalibus aliqvid amplius insit aut adhæreat, qvod natu-
ram transcendat, atq; eo etiam pacto ad gratiam, specialiori sen-
su dictam, referri possit, non immoritò disputatur. Id qvidem certū
est, non inesse iisdem, qvando per se & in naturâ luâ consideran-
tur, qvidq; qvod homini vel conferre qvocunq; causali modo
salutem & ea, qvæ ad salutem pertinent, vel disponere tantum
eundem ad gratiam & instar veri medii viam ad eandem parare
possit; perpetuo enim verum manet, Deum solum omnem
operari salutem, id est, operari in nobis tam velle quam perficere pro
beneplicatio, Phil. II, 13. Nec in hominis viribus magis esse, se dis-
ponere ad gratiam, qvam in mortui viribus est, se parare ad vi-
tam, cum homo sit mortuus in peccatis, Eph. II, I. Col. II, 13. Ve-
rum qvando hæ ipsæ notitiæ naturales considerantur sub eore
spectu, qvo hominem ex intentione DEIducunt ad prioris vitæ
poenitentiam, ad inqvirendum verum DEI cultum, ad gloriam
nominis Divini celebrandam, qvæ singula de iis enunciat Paulus,
non videntur sub hoc respectu Divinæ intentionis ad naturam
pertinere posse, sed referri debere ad gratiam. Qvod ut re-
ctius intelligatur, supponendum I. ex Paulo est, Rom. I. & II. tantâ

gratia
notitia
generalis
B. 4. f. 36.
Scilicet
Suppositio
Christi mortis
in mortuorum
sunt lucrum de
cueri ad
opem ecclesie
(sit ad alia
religionem)
In illud, ob
nihil reprehenditur

*Quoniam dicitur
v. 19. in dr.*

ut nuda & in se considerata natura non videantur illi competere posse. Dicitur enim DEUS v. 18. & seqq. Cap. I. Gentilibus revelasse iram suam de cœlo, quia cum noverint, Deum esse & eum quidem justum, qui non possit non morte punire contra naturale legis dictatum delinquentes, vers. 22. tamen eum non tantum non glorificaverint, ut Deum, sed innumeris le contra naturam sceleribus commaculaverint. Est itaque revelatio Divina & quidem ad praxim pietatis à DEO directa; non objective tantum movens per propositionem & suationem, sed simul efficienter commovens voluntatem, ut homo vi hujus instinctus & metu poenae Divinae, naturaliter quidem, sed confusè nota, in se descendere, iram Divinam metuere & ad Deum converti ve-

lit. Hic enim finis ex totius textus connexione à vers. 18. ad finem usque capitis evidentissime elucescit. Longè clarius idem se finis prodit Cap. II. ubi non bonitas tantum Divina, sed

modus cultus et operis.

Hoc ergo de iudicio Ieronimi.

*divitiae bonitatis praedicantur, patientia item & longanimitatis, de iisque celebratur, quod ad poenitentiam hominem adducant. Auctor est in Græco, quod non proponere tantum voluntatem Divinam, adeoq; verbaliter tantum ad se invitare, sed realiter commovere & in homine aliquid efficere & agere significat. Deus itaque per naturam ita copiose, ita amplissime & intensissime bonitatem suam dispensat, ut omnibus modis hominem ad se trahat, alliciat, commoveat. Et quidem ad poenitentiam male factorum, non tantum, in quantum haec est determinatio rei turpis, sed & in quantum est peccatum. *Deo omisum,* id tendens, ut is ab ira sua deficiat & homini reconcilietur. Id enim est sentire Divinam bonitatem, patientiam item & longanimitatem, ut de listente à peccatis homine & poenitente Deus bonus & patiens erga ipsum esse possit. *Quamquam verò haec poenitentia hominis & avercio à peccatis ipsum effectum Divina gratia extra verbum Evangelii obtainere non possit, tamen ex intentione Divinæ eo auctor, dicit & invitat. Hic enim est totius capitis scopus. Agnoscit hanc emphasis meritissimus de nobis præceptor D. Seb. Schmidius ad h. l. adeo ut etiam malit hunc verbum intelligi de fine longanimitatis Divine, non ex notitia naturali co-**

gno-

gnosibili, sed per Evangelium revelato, deg. motu Spiritus S. ad agendum
salutarem panienniam. Qvamq; communio rem sententiam
retineri nihil impedit. Ad qvam accedit, qvod, ceu jam pra-
cedente aphorismo à nobis dictum est, alibi Paulus disertè teste-
tur, DEum ideo benignitatis suæ imbre, largiendo homini non
vitam tantum, sed habitationem, sed victum & amictum & innu-
mera alia beneficia, in nos immittere, ut DEum queramus, si forie
eundem palpemus. Act. XVII. 27. Quid hoc aliud est, qvam Deum
beneficiis suis, per naturæ opera lese exerentibus, hoc ipsum
intendere, ut homo DEUM qværat, hoc est, ad eundem se
convertat, eum colat, sibique amicum conciliet? Non quod, ut ait
D. Jo. Tob. Major ad hunc locum, huc contemplatio gubernationis
Dei universalis sit via proxima ad salutem, aut medium sufficiens sa-
lutaris conversionis, ita ut creature sint loco prædicationis de Christo
conservatore, quod volunt nonnulli Papæis & Hugenotis, sed quod
manu tantum ducat adulteriorem & ubiorem Dei cognitionem, nec es-
tariam & sufficientem ad obtinendum ultimum finem, beatitudinem, ita
ut cause nihil habeant, qui damnantur, conquerendi, se omni vocati-
one generali destitutos fuisse, sed facendi, se neglectu præviarum inci-
tationum salutari excidisse. Ita D. Abr. Calovius Bibl. III. ad h.l. E
capitibus illis cognitionis Dei natura'is, ceu principiis concessis ab A-
theniensibus, eos deducere veluti in manu conabatur ad veri Dei agnitionem
salutiferam. Jam II. hanc Dei ad pœnitentiam & ad Deum addu-
ctionem, invitationem, commotionem, tractionem, sive in-
directam dicas, sive directam appelles atque ex directo DEI
consilio intentam, (videantur celeberrimi Ecclesiæ nostræ Theo-
logi D. Jo. Huisemannus & Jo. Ad. Osiander, infra allegandi) quia
ad salutem hominis tendit, & quatenus ad eandem tendit, non

posse esse nisi à Deo gratio, seu à gratia aliqua, inde indubitate
patet, quia extra gratiam, merito Christi partam, salvâ Divinâ
justitiâ, Deus non potest sive directe sive indirecte intendere
hominis salutem. Deus enim, ante Christum consideratus,
non est nisi homini peccatori iratus, qui non potest aliter, nisi
quamdiu satisfactio & meritum non intercedit, hominem ad
æternam damnationem destinare, tantum abest, ut bene ei cu-
m' pere & salutem ejus sive directe sive indirecte aut velle aut pro-
d' salutem fecit, qd' saltem fecit. B 3. tamen imponitum mo-
aliquo teneo deo. qd' non sibi apat. Si a... or m... p... m... l... d...
d' saltem n... hoc deu... et de infinito nullus. qd' generali sentie gra... d...

Vide
indivita
respectu
salutis & virtutis
etiam in ecclesiis
directa
ad directam
ecclias
etiam in

Sat... in affectu
me conseruare

movere possit. Ergo impulsus isti natura, & suggestiones bonarum cogitationum, quibus homo ad Ecclesiam, ad penitentiam, ad veriorem Dei cultum sollicitatur & manu quasi ducitur, quatenus ad hunc finem à Deo destinantur, non sunt à natura hominis lapsi, iræ divinæ obnoxii, sed à gratia quadam. Id his verbis enunciavit Paulus: benedixit nobis Deus omni benedictione spirituali. Eph. I. 6 de aliis in supra cœlestibus in Christo, Eph. I. 3. Non dicitur tantum, benedictionem spiritualem à Deo nobis obtingere per Christum, sed mōs ar. evang. omnem benedictionem, seu omnem illam eamque copiosissimam & largissimam bonorum munera vel cœstium messē, quæ ad vitam spiritualem vel generandam vel alienam & conservandam, æternamque olim impetrandam pertinet. Quicquid tamen nomine venit, sub omnipotestate, ut ita loquamur, à Deo continetur. At spiritualis benedictio est & adductio ad verum Dei cultum, saltem in tantum & eo sensu, quā illa ad vitam spiritualem in nobis efficiendam ordinata est. Ut beneficium est, non tantum, cum ægrotus exhibitis medicamentis à Medico curatur, quod propriè est beneficium Medicum; sed & cum ad Medicum, ad quem ob corporis infirmitatem se conferre ipse non potest, adducitur, quod beneficium ad beneficium Medicum refertur. Hoc autem adductionis beneficium nobis non obtingit nisi ex Christo, in Christo, & propter Christum & intuitu Christi. Is fons & origo est omnis beneficij spiritualis, quomodounque dicti. Sine ipso & præter ipsum & ante ipsum nemo gratus Deo esse, aut ullum ab eo accipere beneficium potest. Ergo neque per naturæ instinctus, quā tales, nisi illi merito Christi sint quasi conlecati, ut instrumenti vicem in adductione ad DEUM, verioremque ejus cultum præstare possint.

III. Evidem beneficia spiritualia nonnisi per verbum nobis revelantur & conferuntur. Quid verum est primò de beneficiis spiritualibus, propriè, in se & formaliter talibus. At isthac adductio pædagogica analogice & eatenus tantum spiritualibus beneficiis annumeratur, quatenus à Deo destinatur, ut ad beneficia spiritualia alliciat & adducat, atq; adeò aliquam cum beneficiis spiritualibus, proprio dictis, convenientiam habet, iisque

Natura Ab. p. Cor. II. 14. pæ-

abducit. p. Cor. VIII. 7.

Et cuncti a. illi, mi. s. p. accidens i. a. le. x. Julij. Et. ad. 6.

Quo dicitur x. tñ. dicitur. Et. p. reg. cofest. Lubimini fratres virges vestigii,

en. et. sit. Ecclesiast. d. p. reg. g. r. sol. m. Stein. reg. t.

(C) Reg. s. d. Christi. q. d. ad. id. l. Turin. p. m. talis reg. q.

præludit, non vero omnino de interior eorum naturâ partici-
pat. Qualem adductionem ad ipsum verbum extra verbum da-
ri absurdum non est. Deinde revelatio Divinorum beneficio-
rum vel consuta est & illa tantum in generali aliquâ sui ratione
sistit, cum qualicunque relatione & intentione Divinâ ad notitiam
eorum specialiorem & uberiorem: vel distincta, ea in propriâ &
specifîcâ sui ratione repræsentans. Quemadmodum autem hæc
ex solo verbo Divino, eoque Evangelico, dependeret ita illam
citra verbum fieri nihil impedit, ut ex locis hactenus à nobis tra-
statis clarissimè eluceat. Quæ hactenus diximus, ut consona-
sunt S. oraculorum virtutis: ita non minus consummatissimorum
Theologorum doctrinæ. D. Jo. Hellemannus, Cap. II X. Breviar.
Theol. Th. II. p. 96. Vocantur omnes homines objective per propositionem
regiminis & beneficentia Div. in creaturas. Effectivè per suscitacionem con-
clusionum practicarum in mensibus infidelium, in aequalitate amen mensurâ,
ad inquirendum de vero cultu Dei. Quæ suscitatio sit à Deo, non per mo-
dum principii & concursus communis, quomodo influere in procreati-
onem liberorum infidelium, sed per influxum gratiosum, merito Christi
partum. Et DIRECTE intendentem adductionem gentilium ad inqui-
sitionem de Ecclesiâ. Quæ plurimis S. Literarum testimonijis con-
firmat. Planè ad eum modum D. Jo. Ad. Osiander, Part. III. Coll.
Syst. Loc. VI. Th. XXI. p. 37. s. itemque loco X. Th. II. p. 224. s.
Ubi hoc argumentum proponit & vindicat: quicunque stimulan-
do genitilium conscientias, tolerando eorum excessus, longanimitate sua
invitavit, movit, duxit ad penitentiam, ille vocatione communi per su-
scitationem conclusionum practicarum adductionem gentilium ad inqui-
sitionem de Ecclesiâ DIRECTE intendit, vocatione quadam communi, per
influxum gratiosum, merito Christi partum. Atqui Deus. Ergo. Postea,
quo pacto hæc naturæ incitamenta ad gratiam prævenientem re-
ferantur, his verbis exponit: Gratia præveniens duplex est, que-
dam in Ecclesiâ, que sit per verbi prædicationem, quedam extra eam, que
sit per conclusionum practicarum suscitacionem, intuitu meriti Christi.
Divitie bonitatis & benignitas invitans non est quidem gratia priori
modo, est tamen talis, prout contra distinguitur donis & bonis natura-
libus, in homine reliquis.

Vid. Test. viii. de Lectione Aph. II X.

nismo a 22th. doctrinæ - de gñiss Aph. I.
ibi saltem dicit, aliquor esse qđ id affir-
ment. et correlative: quicqđ qđ sit

d. 1500 r. 1500
ad. nrām sic
ciale brevius
en gr. p. certa
ē. p. c. se me
tū ex int̄p̄
Eti; ga. dīa
dārly m. dīa
P. 1500

N. recte ing. fth.
ne. d. invicat
en. 2. vi. n. d.
vitate xvi. milch

Aphor. II X.

Gratiam prævenientem facere initium conversionis.

Anquam ergo homo ullam de sui conversione cogitationem suscipiat, Deus eundem gratiâ suâ prævenit & bonas ei cogitationes inspirat. Id quomodo fiat apud gentiles, nonnumquam etiam apud Christianos, verbi Divini contemptores & mensa naturæ principia sequentes, superiore à nobis paragrapho dictum est. Nunc vero de ipso procedendi modo, quo Divina gratia in Ecclesiâ per verbum utitur, quæ est gratiæ propriissimæ dictæ species, differendum nobis est. Hominem igitur mundanum, variorum errorum vitiorumque tenebris immersum, securè in diem viventem, nihil vel de peccatorum suorum fœditate vel de miseriâ, cui ex illorum culpâ obnoxius est, cogitantem, verbo gratiæ sua Deus aggreditur, cor ejusdem compungit & hanc ei, præter omnem intentionem ipsius, cognitionem immittit: quid facis? quo ruis? Itane in Diaboli te fauces dato studio & quasi impetu quodam præcipitabis? Nullumne unquam consilium de salute animæ tuæ suscipes? Non iustitiam tibi DEI, non misericordiam in mentem revocabis? Quantæ infelicitatis est, corporitu brevi temporis spatio benè esse & animam æternum periire? Descende itaque intra temetipsum & beatitudinem prædamnatione elige. Eximum hujus compunctionis Agrippa Juðorum Rex exemplum est, qui cum à Paulo Christus præsente Festo, Gentili prædicaretur, immoto manente Festo, in modo Paulo insultante, rabiemque eidem obijcente, compunctus intra animum suum adeò fuit, ut & Paulo fateretur: *Parum abest, ut persuaderes mihi, fieri Christianum.* Act. XXVI. 28. Putat quidem D. Luc. Ofiander in Expositione hujus loci, Agrippam hæc magis civili quadam comitate quam serio dixisse. Sed ejus suspicionis in textu nullum comparet indicium, abs quo à literâ frustra receditur. Hoc ergo vult Agrippa, parum abesse, quin consilium de mutanda religione suscipiat, adeò se sermone ipsius, S. Literarum fundamentis innixo, contraactum fuisse. Nec sequitur: non revocavit amplius Paulum. Ergo serio hoc non asseveravit. Possunt enim motus primi, quippe qui non sunt irrefutabiles, supprimi, quo minus

missus ulterior gratia succedat & incepsum prosequatur. Propterea ut in Felice factum, Act. XXIV. 25. Nam & is praedicante Paulo εμφασίᾳ γενουμένος, compunctus, conterritus, de salute quidem suā cogitare cœpit, atq; ideo aliquoties ad se Paulum accerfuit, sed has cogitationes alia consilia statim l. suppresserunt l. extinxerunt: sperabat enim pecunias ipsi datum iri à Paulo, ut dimitteret illum, vers. 26. Jam verò Deum facere omnis conversionis nostræ initium & primum quasi pulsare ostium cordis nostri, partim omnia ea Scripturarum loca evincunt, quibus ad conversionem nostram nos adhortatur Deus, imo easdem, quantumlibet à nobis sæpe spretus & repulsus repetit, cuius rei omnes Prophetarum paginæ plenæ sunt; partim ea testimonia, qvæ hominem converti non posse asserunt, nisi DEUS ipsum primum moveat & ad conversionem impellat: *Converte me & convertar*, Jer. xxxi. 18. partim deinde ea dicta, qvæ primum hunc Dei motum vel propriis vel figuratis verbis clare enunciant. Ita Christus dicitur stare ad januam & pulsare, ut possit auditâ voce suâ ingredi domum & in eâ habitare. Apoc. III. 20. Pulsus itaque primus Christi est, sine quo ab homine proprio motu non invitatur. Ita primus tractus Patris est, sine quo nemo venit ad Filium, Joh. VI. 44. Primus duri lapidis actus, quo emollescit, ab artifice DEO est. Ezech. XI. 19. XXXVI. 26. Qvod R. J. Abarbanel in Comm. h. l. dictum ait: בַּרְתָּלִי הַיְצָרָן וְלֹא de abolitione figimenti mali, Gen. IIX. 21. qvod verò nos rectè interpretamur de suppressione virium figimenti illius, i.e. peccati originalis & resistentiæ ex eo ortæ. Prima cordis veluti januae in domum introducentis apertio à Domino est. Act. XVI. 14. Conversio hominis excitatio est hominis mortui, Eph. V. 14. At ea sola Divinâ voce, eâque omnem hominis actionem antecedente, perficitur. Et DEUS operatur in nobis sicut perficere & finem conversionis nostræ, ita & velle, seu initium ipsius, Phil. II. 13.

Aph. IX.

Gratiam Præparantem in illuminatione consistere.

Uti gratiæ prævenientis effectus est compunctio cordis, Act. II. 37.

Cum Deo ostium cordis pulsante, homo, qui antea impie-

tatis

folletus incipit

tatis & miseriae suæ sensum nullum habuit, immo melioribus
monitis naturæ quadam necessitate sese opposuit, quasi ex pro-
fundo sonno evigilare incipit & querere: quid facio? quid ago?
quo ruo? ita præparantis gratiæ, quando hi primi motus non sup-
primuntur, sed iisdem locus relinquuntur, adeoque necessitas
originalis resistentia tollitur, effectus est informatio. Clarissi-
mum hoc est ex loco adducto. Qvamprimum enim Petrus pro-
positione verbi sensum aliquem Divinæ impulsionis interiorem
in auditoribus suis effecisset, illique clamassent: quid faciemus, vi-
vifratres? illico sequitur informatio, quibus mediis ex periculo
animæ suæ eluctari possent. Petrus vero dixit ad illos: penitentiam
agite & baptizator quilibet vestrum super nomine Iesu Christi in remissi-
onem peccatorum; tum accipietis donum Spiritus S. vers. 38. Quæ infor-
matio Scripturæ frequenti usu Illuminatio & gratia in ea occupa-
ta gratia illuminans appellatur. Evidem illuminationis vox
paulo latior est gratiæ præparante. Hæc enim conversionem
antecedit, cum aliqua illuminatio, nempe uberior, etiam conver-
sionem sequatur. Quo pacto conciliandi sunt Theologi; cum il-
luminationem modo ad gratiam præparantem referunt; modo
ad habitantem. Prima & præcipua illuminationis ratio in præpa-
rando hominem ad conversionem consistit. Ideo enim natura-
les tenebrae, ignorantia mysteriorum & errores iis oppositi ex
intellectu humano per gratiam expelluntur & ille cognitione Dei
& rerum sacrarum imbuitur & tanquam luce quadam illustratur,
ut ad recipientem justificantem gratiam aptus reddatur. Ante-
cedit itaque hæc illuminans gratia conversionis complemen-
tum. Nulla magis gratia, quam hæc ipsa, mora & tractu opus
habet. Necesse enim est, ut omnibus fidei articulis, ad salu-
tem necessariis, assentiantur, qui fidelium vult numero compu-
tari. At illi non momento instillantur. Sæpe annus, sæpe anni
transiunt, priusquam omnium impetretur fides. Pono exem-
plum. Compellatur Judæus, clarissima testimonia, quod Mel-
chiam jam venisse oportuerit, magnâ vi ipsi ob oculos ponuntur.
Compungitur intra animum suum, metuitque, ne veritas religi-
onis sua vacillet. Hic est effectus gratiæ prævenientis. Succedit
gratia præparans. Invitatur enim porro ad colloquium, pareat
ille,

ille, neque gratiam Dei contemnit. Convineitur primò, ut
que Messiam venisse, quam in rem plurima cum ipso tractantur
Scripturæ testimonia, labiturque interea tempus. Progreditur
tum collocutor, probatque, hunc ipsum Messiam Deum esse,
non hominem nudum. Cui fini iterum innumera dicta consi-
derantur. Tum ad historiam N.T. accedit, probatque, quæcun-
que de Messia prædicta sunt, Jesu nostro Nazareno competere,
adeoque ipsum verum Messiam esse. Porro obtentâ personarum
Divinarum dualitate ad Spiritum S. progradientur collocutor, pro-
batque; & hunc in SS. Trinitatis confortium accedere. His
peractis de mediis disquiritur, quibus salus nostra cum à Pa-
tre decreta, tum à Filio procurata, tum à Sp.S. applicanda sit &
confirmanda. Denique quid ex nostrâ parte requiratur, ut
horum beneficiorum reddamur participes, præviâ Scripturæ
manuductione à collocatore ostenditur. Omnia hæc sunt à
gratiâ, sed plurimo tempore, plurimisq; actibus laboran-
te. Si convictus de Divinitate Messiae hanc crediderit, nondum
tamen credat Divinitatem Spiritus S. aut si hanc crediderit, neget
tamen, Filium in carnem venisse, aut si de hoc fuerit persuasus,
neget beneficii incarnationis & passionis Messiae per fidem ho-
minem fieri partipem, propugnet autem, per legem nos more
Pseudo Apololorum salvari debere; actus quidem priores sem-
per erunt à Spiritu S. adeoque à gratiâ præparante & illuminante,
& tamen homo nondum erit conversus aut regeneratus; nisi tan-
dém accedat gratia operans vel perficiens conversionem, de qua
postea. Cumque illuminationis vox Scripturæ usu non men-
tis tantum ab ignorantia & erroribus liberationem & manudu-
ctionem in omnem veritatem spiritualem notet, sed & volunta-
tis in statum aliū & meliorem mutationem, eundem quoq; hic ordi-
nē moramq; intercedere quotidiana experientiā edocemur. Homi-
ni enim profano & in peccatis omnibus quasi sepulto Divina gra-
tia primo stimulum initit & cogitationem, de periculo & misé-
riâ, cui ob quotidiana crimina est involutus; exemplo filii per-
ditī, qui ès éxutèr n̄t̄ Dev, in se redit, mente suâ infelicitatem suam
considerante, Luc.XV, v. 17. Quod gratiæ prævenientis est. Quam
finon repulerit, informatio subseqvitur, de flagitiis, de eorum

turpitudine in oculis Divinis; de suppliciis, eadem, nisi acta poenitentiâ, subsecuturis, de ipsis poenitentiae ratione, de fide in misericordiam Divinam, merito Christi nixam, ponendâ, de fuga peccatorum, de amore Divino, omnibus hujus seculi voluntatibus anteferendo, aliisque. Sunt enim homini in peccatis habitualiter indurato infiniti scrupuli & objectiones evellendæ, ad quam rem sœpe non minor requiritur mora; quam ad hominem vel pagani vel Judæum vel hæreticum in fidei dogmatibus erudiendum. Si de uno scelere conviceris omnium vel plerorumque reum, effectus is est gratia illuminantis, quo & turpitudinem ejus in intellectu agnoscit & voluntate illud detestatur, nondum tamen conversus aut regeneratus est, plurimorum aliorum agnitus & detestatio requiritur. Quæ si adfuerit, ut fides vera sit, nec errore aliquo conceptu, qualis Pseudo-Apostolorum erat & ad ejus analogiam plurimi alii esse possunt, defœdetur, laborandum est. Adeò gratia illuminans sive mentem sive voluntatem hominis, non immediate in hominem illabitur, non uno momento illuminationem absolvit, non irresistibiliter in homine operatur, sed agit per gradus, per vices, per plures & repetitos actus, hominemque adeò temporis successu disponit & preparat ad majorem subinde veritatis lucem admittendam; adeò ut si primum illuminationis gradum repellat, alterum ipsi deneget, quippe qui sine primo locum habere non potest. Paulus cum Ephesios olim tenebras fuisset, nunc autem lucem esse in Domino proficitur, Eph. V.8. dispersas illas non intellectus tantum sed & voluntatis tenebras & lucem accensam esse significat per omnes illos Apostolicæ prædicationis actus, qui circa eosdem longo tempore occupati fuerant. Nempe ad eum modum, quo ad Paulum ipsa vox cœlo Divina dixerat: Surge, ideo enim ibi visus sum, ut te constitua ministrum; ad aperiendum oculos populorum & gentium, (aperire autem oculos est illuminare) ut converuant se à tenebris ad lucem & portaret Satana ad Deum, ad accipientiam remissionem peccatorum & fortem in iher sanctificatos. Act. XXVI, vers. 16. 18. Johanni vero Christus illuminare dicitur omnem hominem, venientem in hunc mundum, Joh. I. 9. h.e. quantum in se est, per verbi ministerium, veram Dei cognitionem, omni studio & conatu, adeo.

adeoque repetitis saepe actibus, omnibus, qui se operantem ad-
mittunt, quoisque admittunt, implantare. Nec enim gene-
ralitas locutionis permittit, ut de ea tantum illuminatione acci-
piatur, quae complementum suum in plenaria hominis conversi-
one assequitur. An enim ideo à Christo informatus juvenis ille
non est, quia post informationem ἀπὸ λογίου τριπλάσιον, tristis à
Christo discessit, eò quod divitias suas retinere non posset? Matth.
XIX. 22. An ideo illuminatus à Spiritu S. non est, qui aliquid ac-
cepit luminis, licet omne sua culpā non admiserit? An ideo sol
non illuminat conclave, quia vel non totum illuminat vel non
omnes ejus partes æqualiter illuminat? Bileam à DEO de Servato-
re mundi, olim ex Jacob orituro, edoctus, quamquam infidelis es-
set, tamen semper appellat: שְׁמָךְ הַעֲשֵׂה, apertum oculo, seu quod idem
est, illuminatum, qui audiverit verba Dei, videritque visiones
omnipotentis. Scite ex antiquis Judæis R. Sal. Jarchi ad h. loc. cum
quævis sit, cur singulariter dicatur, Bileam apertum oculum, non aper-
tos oculos, habuisse, responde: לְפָרָנָנוּ שְׁסָמָא בָּאֶחָת מִעֲנֵינוּ חַיָּה,
doce nos, quod cœcitas in altero oculorum suorum fuerit. Id nempe vult,
hactenus illuminatum fuisse Bileamum, quod ex revelatione (quæ
& ipsam de se vocem sequenti statim versu usurpat) aliquid de Mes-
sia ejusque officio cognoverit, obtenebratum tamen simul, quod
fidieli assensu hanc sibi revelatam doctrinam non acceptaverit.
Evidem celeerrimus Theologus, D. Abr. Calovius, in Vind. Anti-
Grotianis non veretur ad verba: apertus oculis, conferre locum
Eph. I.v.17.18. Ubi Spiritus sapientiae & revelationis dicitur dare il-
luminatos oculos mentis, ut sciant, quae sit virtus Dei in ipsis.

Aph. X.

Aliquot subjiciuntur Consectaria.

Primum est: Spiritum S. illuminare & actiones suas exercere non
in fidelibus tantum, sed etiam in infidelibus, ad fidem præpa-
randis. Id enim nisi faceret, homo nunquam converteretur. Nec
enim ex suis viribus converti potest homo, quod οὐτε γένεσις, nec
in momento convertitur, nec convertitur à Spiritu S. ab homine
absente. Ergo ita à Sp. S. convertitur, ut ipse præsens negotio con-
versionis manum adponat, hominem non externe tantum sed in-
terne

C;

terne

terne commoveat, intellectum ejus non quoad literam tantum
verbi, sed quoad sensum etiam illustreret, lumenque Divinæ noti-
tiae, sensu Spiritus Sancti, à quo proficiscitur, conforme in eodem
semper majus majusque accendat. Secundum consectarium: hanc
2 ipsam, à Spiritu S. in animo hominis, nondum plene conversi,
excitatam lucem, seu mysteriorum Divinorum notitiam, mo-
tusque voluntatis bonos, in eodem effectos, veram notitiam,
verosque Spiritus Sancti motus esse. Manifestum hoc est ex pri-
ori consecratio. Qui enim motus & quæ notitia à Sp. S. effecta est,
ea non potest non esse vera & bona; quia effectus non potest esse
deterior suā causā. Et quia hæc notitia, hi motus sunt illa ipsa mate-
ria, quæ fiducia postmodum concipiendæ, substernuntur, quo-
modo falsæ esse possunt. Excitatur in nondum regenito notitia ha-
rum propositionum: Christus est Deus, est homo factus, nostri
causā passus est, si de nobis meritum suum applicat; hæc notitia
quomodo non sit vera, cum Scripturæ sit conformis? Defectus
vero, qui notitiae adhærent, notitiae ipsius veritatem æquè viiare
non possunt, ac non possunt in homine fidelis, in quo ipso notitia
illa non est ex omni parte perfecta, sed ~~on~~ ~~neq~~. I. Cor. XIII. 12.
Equidem ob hos ipsos defectus notitia illa non est ex omni parte
ani mæ, eandem complectentis, ~~recta~~ & sufficiens & fructuosa, quia
nondum fiducialiter applicata & in usum Christianū traducta, vera
tamen est, æquac notitiae naturā insitæ hos ipsos defectos habentes,
quæ tamen, ~~at~~ ~~in~~ ~~tertia~~, ~~tertia~~ nomine nobilitantur, non obstante,
quod sint imperfectissimæ & actu ipso instructuose. Rom. I. 8. Ter-
tiuum consectarium: Hos in homine regenito à Sp. S. excitatos
motus esse salutares, eo sensu, quo ad salutem homini procuran-
dam à gratiâ sunt destinati. Salutare vulgo quidem dicitur, quod
actu salute n vel inchoatam vel consummatam confert. Quo
pacto nihil salutare est, nisi per fidem, Hebr. XI. 6. Sed nec insolens
est, id etiam salutare vocare, quod ad salutem conferendam
tendit, simili à medicamento desumpto, quod semper salutare
in se est, et si vel initium tantum valetudinis, vel partem procuret,
vel etiam ex accidenti fiat planè non salutare, imò etiam lethale.
Et quomodo salutare esse non potest, quod est à Spiritu Sancto,
eoq; gratiōe agente? Quartum consectarium: Omnem notitiam
rerum sacrarum, quæ est in Ecclesia Ministro, per quem gratia
præ

præparans agit, esse à Spiritu S. & sensu modo indigitato salutem. Est enim notitia à Spiritu Sancti gratiâ, cum ad ministri Ecclesiæ, tum per eundem ad auditorum sibi concretorum salutem directa. Talis autem notitia non potest dici esse à naturâ, nisi πλαγιαι τε & spiritualia ex naturâ libus deducere velimus. Esse autem eandem in ministro ex Spiritu S. gratiâ profectam, inde probatur, quia notitia illius finis est, ut irregenitus minister regeneretur, qui finis non est à naturâ. Sicut enim ipsum verbum Divinum, ubi cunque existit, efficacem secum intentionem habet, hominem convertendi & salvandi; ita & notitia, ex verbo hausta. Quamquam interdum homo verbum legens & conclusiones exinde colligens, suammet salutem non intendat, Deum tamen per notitiam illam ipsius salutem intendere dubitari nequit. Nam verbum Divinum, ubi cunque est & in quo cunque est, hanc intentionem sibi conjunctam habet. Et quamquam per hanc ipsam notitiam minister irregenitus, verbum prædicans, nonnunquam auditorum suorum salutem non intendat, Deus tamen eandem per notitiam illam intendit. Ergo vel haec tenus à naturâ esse nequit, per ea, quæ Aph. VII. dicta sunt. Qvod si dixeris: ministrum Ecclesiæ, non per notitiam sacrorum, sed per sacra ipsa auditores suos movere & convertere; tum præterquam quod idem sit, ac si dixeris: judicem non per notitiam legum, sed per leges ipsas justitiam administrare, qvod absurditate non caret, facile animadvertisitur, nec regnitum ministrum hunc effectum per suæ notitiae vires, sed per verbum præstare, II. Cor. III. 5. Ut autem hic verbum proximus, notitia ministri regeniti remotius convertendi instrumentum est, atque ideo verbum causa instrumentalis. Minister ministerialis causa vocatur; ita idem de irregenito ministro dici debere ipsa rei natura, quæ utrobiq; exceptâ pietate & impietate eadem est, postulat.

Aph. XI.

Gratiæ operantem conversionem quoad se absolvere.
Generaliter omnis gratia operatur aliquid, hic vero gratia
Operans cum particulari εμφάσιο accipitur, quâ conversio-
nem

hē eousq; operatur & pērducit, ut homo plēnē convertatur, hōc
est, ex filio irā fiat filius gratiæ & ex reo damnationis æternā hā-
res vitæ gloriōsa. Posset & efficiens vocari. Terminus ejus est
justificatio, justificationis inhabitatio. Notanter hunc gratiæ
gradum Paulus describit Phil. II. 13. Deus est, qui operatur in vobis.
eam velle quam perficere cum beneplacito. Cum DEUS operari dici-
tur, gratia ejus, ~~et ergo~~, gratia operans indigitatur. Adhortatus
præcedente versu Philippenses fuerat Apostolus, ut saluti suæ in-
vigilarent, facerentq; cum tremore & timore, ne donum semel
collatum, ab ipsisq; acceptatum, socordiā suā & negligentiā amit-
terent. Nunc ergo ne monere rem vel planè difficilem vel im-
possibilem videretur, qvia tam arduæ & quasi tremendæ sollici-
tudinis fecerat mentionem, auxilium, vel præsidium potius Divi-
num ipsis præsto futurum spondet. Non ipsis nempe laboran-
dum esse, quantumvis verbo καπράζεια usus ingentem ipsis
laborem versu præcedente commendasse videretur, sed Deum
laborem omnem in se suscipere, dummodo ipsi cum timore &
tremore laborare ipsum in se permittant. Deum enim in salutis
nostræ negotio omnia esse, omnia facere, omnem paginam im-
plere. Non facere initium, cætera homini facienda relinque-
re, sed initium & finem DEI esse, omnia DEI esse. Itaque im-
mediatus verborum sensus est: Omnis operatio salutis nostræ,
sive sit in inicio, sive progressu, sive fine, à solo DEO est. Ex quo
deinde tacite insert; ergo is qvoq; faciet, ut salus vestra feliciter
eœpta consummetur, dummodo ipsi confidatis & ~~et~~ doxias seu
gratiæ ipsius operanti nunquam obicem ponatis. Eadem ope-
rantis gratiæ sive ἐργασία vox hoc ipso sensu occurrit, Eph. I. 16.
unā cum descriptione ejusdem per voces synonymas, in primis
Ἐ φωτούς, illuminationis, subintellige in gradu excellentiori,
qvo plenam tantamq; mentis illustrationem designat, qvanta ad
fidem justificantem in animo concipiendam reqviritur. Gratias
enim agit Apostolus DEO Patri, qvod dederit, simulq; petit, ut
porrò qvoq; augeat Ephesiis Spiritū sapientie & revelationis in cogni-
tionem Filij sui, vers. 17. Est hæc ipsa illa illuminans gratia, qvā eos-
dem ad fidem salutarem, in Christum collocandam, disposuerat &
præparaverat, quæ ad eum usq; gradum fuerat deducta, ut habe-
rent ceu

rent, cēu ipsa gradatio sive *κλιμάξ* innuit, ipsum illud illuminati-
onis fastigium, quo in plenam fidei lucem ponerentur, nempe
illuminatos oculos mentis, ut scirent, (recensentur hic præcipuæ
fidei, quæ creditur, partes, ut eō minus dubitetur, intelligi fidem
plane consummatam) quanam sit spes vocationis ipsorum & que divi-
tie glorie hereditatis in sanctis & qua excellens magnitudo virtutis
ipsius, qui credimus, juxta operationem roboris potentiae ipsius. vers. 18.
19. Alibi eodem sensu dixerat: Deum dedisse lucem in cordibus no-
stris, ad illuminationem cognitionis DEI, que est in facie Iesu Christi,
II. Cor. IV. 6. Ubi quamquam prior illa illuminatio, expressa per:
λαύρας τε τοις ηραδίαις τῶν δοσολαβών, splendere in cordibus Apostolorū,
solos Apostolorum eorumque ministerium, immediate ipsis concretū,
attineat. *Φωτισμός* tamen, seu *illuminatione cognitionis DEI* refertur
ad alios illuminandos, h.e. ad fidem veram & salutarem conver-
tendos; quo sensu etiam habetur, Eph. II. 9. Quo pertinent in-
finita Scripturarum testimonia, quæ vel DEO, nemini hominum
obligato, Rom. XI. 35. vel puræ meræque gratiæ & amori Divino
conversionis nostræ negotium, non secundum partem tantum
sui aliquam, sed juxta totum complexum suum consideratum, ad-
scribunt, Eph. II. 4. 5. 7. I. Petr. I. 3. Jer. XXXI. 18. Ezech. XXXVI.
26. Joh. III. 5. I. Cor. VI. 11. Tit. III. 5.

Aph. XII.

Expositos gratiæ gradus ad assistentem gratiam referri.

IN oppositione nimirum ad inhabitantem, quæ ex operante gra-
tiâ consequitur. Dum enim Deus hominem gratiâ suâ præve-
nit, eundem præparat, tandemque efficit, ut credat, ante ostium
stare & pulsare dicitur, ut intromittatur: intromissus per fidem
in homine, tanquam in domo & templo suo, *ἐνσημανθήσεται*,
inhabitat & inambulat, II. Cor. VI. 16. nec in eo hospitatur tantum,
sed *μονίμως ποιεῖ*, mansionem facit cum Patre & Sp. S. Joh. XIV. 23. imò
δειπνεῖ μὲν αὐτῷ, κανατ cum eo & ipse secum. Ap. III. 20. Quo-
usque itaque homo per veram seriamque poenitentiam Christum pul-
santem non audiverit, nec fores ei cordis sui per salutarem fidem,
in sufficienti cognitione Christi & firmâ in meritum ejus fiduciâ
consistentem, aperuerit, non inabitat hominem, sed quasi ex-

D

tra

tra eundem stat, seu *Assistit* eidem, ut qui pulsat, domui assistet.
Ut autem, qui domui assistit, eandemque pulsat, non absens est,
neque otiosus, sed præsentissimus quidem & negotiosissimus; ita
tamen, ut prætentia sua & negotiosa operatione consortium suum
& favorem offerat tantum, non dispensem, anteqvā intromittatur:
Ita Christus & Spiritus S. quamquam in convertendo, præ-
parando, perficiendo occupatus est, non sit in homine, tanquam
domicilio suo, cui gratiam suam justificantem & sanctificantem
dispensem, tamen non abest ab homine, multò minus nihil ei ne-
gotii cum homine intercedit, sed præfensei adest, omnemque in
eum convertendum operam impendit. Non itaq; licet ita colli-
gere: *Spiritus S. non est in animâ immundâ*: (eandem nempe
gratiola justificatione & sanctificatione inhabitando:) Ergo non
adest homini immundo gratiola suâ operatione, quâ eundem ad
munditiem præparet & traducat. An enim absens pulsabit osti-
um cordis? Nec ita colligendum est: *Spiritus S. recedit ab ho-*
míne impio, id est, domum cordis ipsius deserit: ergo planè non
adest amplius, neque assistendo cor ipsius pulsat. Id enim ni fe-
cerit, nemo lapsus unquam converti poterit, aut certè revertente
Spiritu S. in momento & convertetur & inhabitabitur, quod op-
pidô absurdum. Eadem gratia assistentis & inhabitantis diffe-
rentia alio simili insinuatur apud Prophetam: *expandi manus*
meas toto die ad populm rebellm. Cf. LXV. 2. Qui manus ad al-
terum expandit, ad eundem amplectendum & exosculandum
non abest ab eo, sed eidem assistit, erga remotum enim ineptè
manus expandimus: tamen eidem nondum intimè conjungitur
& unitur, quamdiu ab amplexaturo recedit. Si rebellis esse de-
sierit, currii Deus & cedit super collum ejus & osculatur eum. *Luc. XV. 20.*

Aph. XIII.

Inhabitantem gratiam distingui in perficientem
& adjuvantem.

Quam primum homo per operantem gratiam ad fidem plenè
adductus est, à DEO è statu damnationis ad statum gratia
transfertur, quod fit per justificationem, quâ peccata ei omnia
dimittuntur & meritum Christi imputatur. Primus justificationis
effectus

effectus est utio Dei & inhabitatio. Deus enim homini reconciliatus ut amicus amico sese evestigio conjungit, intimeque & familiariter cum ipso cohtersatur. Cum Abraham à DEO ipso vocatur, אָרוֹבֵר, amicus meus, Esaj. XLI. 8. R. Dav. Kimchi, Judæus licet, exponit: שָׁאַחֲבָנִי וּרְبָקְכִי, qui amavit me & adhæsit mibi. Est enim amor, qvi amicos colligat, secundum Scaligerum affectus unionis. Discimus nempe exemplo unionis personalis in Christo, fieri posse, ut DEUS uni rei etiam qvoad substantiam suam arctius quam alteri conjugatur. Cumq; DEO & plurimi alii modi sint, qvibus id facere possit, cum possit facere super omnia plus quam abundantier super ea, quæ perimus & intelligimus, juxta virtutem operantem in nobis, Eph. III. 20, & verò frēquenter in Scripturā legamus, DEUM ad fideles accedere, iisdem conjungi, eos inhabitare & inamisculare, & qvidem ita, ut ab infidelibus recedat & eosdem deserat, hunc honorem Divino verbo piè habemus, ut credamus literæ, verè & propriè, h. e. qvoad substantiam ipsam hoc fieri, quamquam modum, quo id fiat, pervidere nequeamus, ceu & in aliis mysteriis necessariò faciendum est. Qvæ unio & inhabitatio hunc habet finem, ut fideles eò certiores sint de gratiâ Divinâ, perpetuo apud le manente & ad finem usque vitæ ipsos conservante, adqve omne bonum stimulante, viresq; largiente. Docet hoc ipse Servator, inquiens: Ego in illis & tu in me, ut sint perfecti in unum, & ut cognoscat mundus, quod tu me misericordia dilexeris illos, sicut me dilexisti, Joh. XVII. 23. Christus in fidelibus suis est & cum Pater in Christo sit, is simul in iisdem existit & quidem in hunc finem, ut illi sint πελεμένειοι ἐν ἐν, perfecti in unum, seu perfectè combinati conjunctique, unus veluti inter sese Spiritus, qui neque à se invicem neque à Deo ullâ vi divelli possint, Rom. IIIX. 30. nisi ultrò homo à DEO per peccatum recedat, Esai. LIX. 2. Ex quo patet, hanc gratiam inhabitantem partim efficere, ut homo persistere in amicitiâ cum DEO, seu justificationis beneficio, possit, partim vires largiri, qvibus vitam, hoc ipso beneficio dignam, instituere, fidemque suam per bona opera testari possit. Illud Gratia perficiens vocari potest, qvippe qvæ hominem in gratiâ constitutum, ad extremum gloriae fastigium dedit, hoc Gratia adjuvans, qvippe qvæ unâ cum homine, novis viribus Di-

vinitus instructo , ad exercitium operum, DEO placentium, con-
currat.

Aph. XIV.

Varios esse gratia perficientis actus.

Quo plures sunt occasions, qvæ hominem ab amicitia cum
DEO abstraheret tentant, eo pluribus praesidiis opus est, ut
in eadem ad finem usq; vita perseveret. Invadit hominem mil-
le modis Satan, totidemq; mundus, nec paucioribus propria caro.
Sed tamen DEI gratia his omnibus major & potior est. Adebat
enim I. *Gratia conservans* seu custodiens, memorabili voceá Pe-
tro Φρεγάνη, I. Petr., I, 5. à Paulo Φυλάτισσα dicta, II. Tim. I. 12. Ut
enim vox hæc posterior generalis est & qvamlibet custodiam
atq; qvemcunq; custodiæ modum designat: ita prior illa propriè
& primò praesidium militare & munitionem fortissimam, &
robore militum & prudentiæ ducum & civium vigilantia instru-
ctam, notat, qvā arcis atq; castella contra vim hostium, etiam im-
manem, contraq; machinationes omnes & strategemata, etiam
callidissima, tuta & invicta præstantur. Talem Φρεγάνη seu cu-
stodiam, superari nesciam, (nisi homo ipse ad hostem turpiter
deficere velit) nobis exhibere τὸ πλὺ θεῖ ἐλέξ, multam DEI gra-
tiam, v. 4. cum δύναμι Θεῖ, potentia DEI conjunctam, v. 5. profite-
tur Petrus; qvæ munire possit corda & cogitationes noſras, ad versus o-
mnes hostiles tentationes, Phil. IV. 7. & Paulus immotâ fiduciâ per-
suasus est, (ita enim vocem πέπιστος sumi, ex Rom. IX. 38. pror-
sus parallelo, ibidemque insinuatâ vincendi ex qvacunq; parte,
sive mundus sit, sive cœlum, sive infernus, sive casus alius qvi-
cunq; impotentia evidentissime colligitur) quod Deus potens sit, ut
depositum ipsius custodiat ad illum diem, quem nempe paratum esse
dixerat Petrus, ut in eo reueletur salus noſtra; cum nunc nondum
illa appareat, I. Joh. III. v. 2. Simili prorsus modo Paulus, Phil. I.
6. certum se esse ait, qvod DEUS, qui incepit in ipſis bonum opus,
Christianismum inter ipſos plantando, ipſosque regenerando &
sanctificando, hoc ipsum suum opus *absoluturus* sit, quantum
np. in ſe est & niſi ab ipſis Philippenisibus impediatur, usq; in diem
Iesu Christi. Habet hic ipsum gratia ἔπικλήσης, perficientis, no-
men, quo & Apostolus utitur, II. Cor. VII. 1. Adebat II. *gratia con-*
firmans

*firmans & certificans, ἐπύξαντες τὴν Ῥγδιὰν, vocē Apostoli, confir-
mans corda & interiorem hominem cum de præsenti, tum de fu-
turā salute certum reddens, I. Thess. III. 13. Seqvitur hæc imotā
conseqventiā ex priori. Si enim Divina gratia invicta nobis sup-
deditat contra omnis generis tentationes præsidia, quid est, quod
de salute nostrâ dubitemus? Ipsa fidei Apostolica affectio, quā ut
certitudinē describitur, Hebr. XI. i. certitudinem omni formidi-
ni contrarii oppositam involvit, nisi ipse homo, nullis motusratio-
nibus, voluntariā malitiā abiecere fiduciam & dubitationum se-
fluctibus exponere velit. Adebat III. *gratia roborans & confessans.*
Necenim certitudinem salutis tantum generat gratia, sed infir-
mam factam roborat, sustentat, auget. Pro quā discipuli orant:
Domine πέσθε, adde nobis fidem. Luc. XVII. 3. Habuerant enim
fidem, sed infirmam, ceu & pater illius obfessi, Marc. IX. 24.
qui clamat petitq; *credo, Domine, iuvameam incredulitatem;* quare
id, quod fiduciae suæ deerat, addi à Christo & suppleri desiderant.
Vocatur hæc gratia *βεβαιῶσσα, corroborans, confirmans.* Qvam
memorabili verborum apparatu prædicat Paulus: *qui confirmat
nos, inquit, vobis um in Christum & unxit nos, Deus;* (Divina Evan-
gelii mysteria, in se certissima, prædicaverat versu antecedenti, nunc
ea confirmari in nobis ait per unctionem & collationem
Divinorum donorum, quā illa non credamus tantum, sed summā
inde animi & conscientiæ lætitiam concipiamus) *quoniam obsignavit
nos & dedit arrhabonem spiritus in cordibus nostris.* Confirmatur
spes nostra Divinis promissionibus, *σφραγίζεται, obsignatur &
corroboratur sacramentis & interno Spiritus S. in cordibus no-
stris testimonio, quasi arrhabone quodam, omni pignore magis
fortiusque obligante, quo sponsus sponsæ fidem suam arctissime
penitissimeq; obstringit, ipsamq; amoris sui perpetui & indissolu-
bilis planè certam & indubiam reddit,* II. Cor. I. 21 22. A quo
infallibili Spiritus S. testimonio hæc gratia & *συμμαρτυρία, confe-
ffans, (ut ipse Spiritus S. testans, I. Joh. V. 8.)* dicitur, eò quod cor-
dibus nostris vi suâ verbo insitâ uestitur, nos filios DEI esse & summā
cum fiduciâ DEUM compellare posse, *Abba, Pater,* Rom. II X. 15.
16. Nempe non certam nobis tantum gratia Divina reddit salu-
tem, sed semper certiorem, immo modis omnibus, qui excogitari
possunt.*

possunt, certissimam. Adeit IV. *Gratia consolans & erigens*. Cum
nempe sub calamitatum & persecutionum onere premimur, ut
vix divini amoris aliquem percipiamus sensum, Divinæ gratiæ
effato sublevamur: *sufficiat tibi gratia mea*; nam virtus mea in in-
firmitate perficitur. II. Cor. XII. 9. Nunquam langvere se magis
putabat Paulus & à DEO quasi desertus esse, quam cum à Satanæ
angelo colaphis exciperetur; & tamen hoc ipsum in gratiæ locum
computat Deus. Imo gratiæ suæ virtutē in infirmitate perfici prosi-
tetur, quasi extra colaphos & σκόλωτας, seu aenos palos, Carni
ipsius infixos, perficiens gratia locum habere non possit. Exerit se
ista Divina virtus in solatii, ut ita loquamur, realitate, dum non
verbis tantum efficacissimis solatiorum nobis argumenta, adspic-
iat, sed virtute suâ nobis impressâ facit, ut crucifixus ferende, I. Cor.
X.13. imo ipse intercedit pro nobis gemitis inenarrabilibus, Rom.
IX.26. Cum ait: ἀντεπονεῖ με πνεῦμα, ipse Spiritus intercedit, &
quidem προσεγένεται χάραξι, superintercedit; hæc vocum emphasis
permittere non videtur, ut de intercessionetantum in fidelibus
effecta verba intelligantur: sed cum fideles in angustiis ductore
Spiritu & precentur & suspirent, hoc non sufficere dicit Aposto-
lus, sed addit ad majus pondus solatio adjiciendum, ipsum quoque
Spiritum S. cum iisdem intercedere, majori quapiam vi, quam fide-
les ipsos, & suspiriis non, qualia sint fidelium, effabilibus, sed suâ
personâ dignis, quorum ut & intercessionis ipsius rationem Deo
quidè convenientem vocare possimus, sed quæ tamen à nobis ne-
que mente comprehendi queat, neque verbis enunciari. Adeit V.
gratia salvans; γεγένητος καὶ φιλασθεωτικασώλεσσι, benignitas & amor
hominum salvans, κατὰ τὸν αὐτὸν ἔλεον, secundum suam misericordiam.
Tit. III. 4. 5. Quæ salus dicitur consistere v. 7. partim in justifica-
tione nostris gratiosâ, partim in hæreditate secundum spem vita aeterna.
Quæ spes hæreditatis consistit in πούτε δυνάμεων ἐμέλοις
αἰώνων, in gressu virtutum futuri seculi. Hebr. VI. 5. Quidenim aliud
est regnum gratia in hoc seculo, quam in eum regnigloria in altero se-
culo? siquidem regnum Dei in hoc etiam seculo est justitia, pax & ga-
dium in Spiritu S. quæ utique etiam sunt bona futuri regni gloriae. Vul-
taque dicere: quod Divina gratia eò rem perduxerit in ipsis hominibus,
ut nihil superfluerit, quam hoc unicum, ut gradus vita aeterna perfe-
ctissimas

Nihilimus illis conferretur; dum iuxta gradum huic vita competenter re-
vera substantiam bonorum vita aeterna praecipuorum consecuti sint, com-
plementum sine dubio etiam concuturi, si modo per se severassent & magis
magisque ad perfectionem istam perrexissent. Ita ad hunc locuta
D. Seb. Schmidtius. Cui majoris lucis causâ jungo D. Jo. Hülsemannum,
in Verm. Consc. c. VI. p. 642. ita sribentem: Die ganze H. Schrifte
bezeuget das wir Glaubige auch alhier in dieser Welt die wesentliche Stü-
cke der Erkenntnis Gottes haben / welche man in Schulen heisset claram
visionem Dei. Das wir auch die wesentliche stücke der Liebe Gottes der
Vergnugung in Gott / des Friedens in Gott / der Freude in Gott darinnen
das ewige Leben besitzen / alhie durch den Glauben in diesem Leben er-
fassen / ergreissen / haben / besitzen und geniessen. Nur das in künftigem
jetzem Leben der Grad der Erkenntnis höher / der Friede / die Freude / das
Vergnügen grösser und höher sey. Und das die immernächrenheit oder
die unveränderbare ewignächre continuacion dazukommen wird. Dan-
nenhero die Geniessung der Seligkeit / wie sie hic in diesem Leben anfahet
und der Schwatz himmlischer Freude / Ebr. 6.5. warhaftig eine Genie-
ssung eben der Freude ist / die dort ewig ohne Aufführung gewähren wird
und keiner anderen Freude. Gleich wie der Vorschmack einer Speise eben
die Speise kostet / an welcher sich hernach der Esser sättigt / und keine an-
dere Speise gekostet / eine andere aber genossen wird. Quæ deinceps
pluribus exequitur.

Aph. XV.

Varios esse gratia Adjuvantis actus.

Duplices est Divinæ gratiæ finis; unus, hominem ad vitam
aeternam perducere, quod in gratiæ Divinæ gradus efficiunt,
quorum haec tenus à nobis consideratio instituta est: alter homi-
nem pulcherrimis Deoque placentibus virtutibus exornare, quod
efficit gratia adjuvans, seu auxilia divinæ gratiæ. Cum vero nec
hoc opus divinum in instanti, sed intervenientibus certis gradi-
bus actibusque, perficiatur, illi nobis nunc pariter ordine erunt
recensendi. I. Initium facit gratia regenerans. Illa quidem, quâ cum
conversione idem est, & ad fidem efficiendam terminatur,
justificationem præcedit, sed quâ illâ vires largitur, animum su-
um in melius mutandi, bonisque operibus studendi, eandem de-
mum inlequitur. Quod ut rectè intelligatur, sciendum, quod si
des duplex habeat officium: primò apprehendendi beneficia sibi
oblata

oblata, deinde gratitudinem suam ipso opere erga beneficia illa testandi; quod alii ita enunciant, fidē unā manū apprehendere Christum, alterā caritatem erga Deum & proximum exercere. Idemque est, cum vita fidei duplex esse dicitur, primò cum credens vivit Christo, deinde cum Christus vicissim vivit in credente. Ultraque insinuatur, Gal. II. 20. Vivit autem, qui credit Christo, cum vivam in ipsum fiduciam ponit, ipsiusque vitam sibi applicando suam facit. Vivax enim actio est, quæ Christum apprehendit, ambabus quasi ulnis amplectitur, pertinacissimè tenet, nec defert, si contra nitantur inferorum portæ. Christus autem, à credente apprehensus, è vestigio in credente & ipse vivere incipit, ipsumque ad pietatem adversus se testandam incitat & impellit. Quam si exercaerit, indicio id est, Christum in ipso esse & vivere, seu actiones vitales exercere. Prioris vitæ & officii, quod fides obit, actus sunt λαμβάνειν, recipere, sibiique proprium facere Christum, à quo filiatio Dei dependet, Joh. I. 12, XVII. 8, Rom. V. 17. & ταῦτα λαμβάνειν, apprehendere & accipere, Joh. I. 5, Col. II. 6. atque ita eidem tenaciter adhærere, ut vitam citius quam ipsum relinquat. Gen. XXXII. 26 Matth. XV. 22. 25. 27. Posterioris ad operandum per caritatem dispositum esse. Gal. V. 6. & opera habere, perq; illa fidem testari; ut si illa non habeat, indicio sit, fidem non vivere, Jac. II. 17. 18. 20. Jam regeneratio, quā à conversione distincta est, fidem producit seu novam vitam, non priori modo, sed posteriori consideratam. Quā enim fides justificat, producitur à gratiā non regenerante, quæ animum immutat, sed à convertente, quā justificatio illico insequitur. Quod vero justificatio regeneratione eo modo consideratam præcedat, ex ipsa forensi justificationis natura elucescit. Primum reo, morti adjudicato, delicta, ab alio vel lytro vel intercessione expiata, remittuntur, antequam novam quasi recipiat à morte, in cuius faucibus hærebat, vitam. Ubi primum è carcere eductus & priori libertati restitutus est, vivere de novo incipit, primum benefactoris gratiam cupidissimo animo amplectendo & exosculando; deinde denum animum priorem sceleratum exuendo, melioremque induendo, h-e. benefactorem suum amando & obsequiis ejus le totum devovendo. Quidammodo amare judicem potest, quamdiu à vinculis mortis nondum est liberatus? Vires quippe amandi judicem nonnisi post liberationem accipit, dum in memoriam sibi revocat, quanto beneficio fuerit affectus, & quo

quo sicut vinculo ad ei serviendum sit obstrictus. Ita planè de justificatione & regeneratione sacerdotes habet. Unde quia regenerationis vox longè frequentius in Scripturâ de ipsâ conversione, quæ in justificationem terminatur, quam de collatione virium, quâ animus hominis in melius immutatur, accepta reperitur, veteres Theologos acquiescisse videmus in tractatione articuli de conversione, quæ verò circa immutandum hominis animum sciri poterant aut debebant, ad articulum de renovatione, cui μεταμόρφωσις τοῦ νοοῦ, μετανοία animi diserte tribuitur, Rom. XII. 2. vel de sanctificatione rejecisse. Sequitur ergo II. Gratia renovans vel sanctificans: ex vetere homine novum faciens & ex peccatore sanctum. I. Thess. IV. 3. Sanctificationis hujus partes pulcherrimè repræsentat Præceptor noster D. Danbauerus, dñi in Hodos. Phæn. IX. p. 703. eandem fieri ostendit partim sacrificando corpus, omniaque membra ipsius; abstrahendo eadem ab omni eo, quod ipsis jucundum & gratum est. Rom. XII. 1. His enim delectari est ἀνανεώσας τῷ αὐτῷ τέτρῳ, conformari huic mundo, vers. 2. Partim mortificando & crucifigendo veterem Adamum, carnemque propriam, semper mala concupiscentem, Gal. V. 24. Alibi hoc dicitur abnegare se ipsum, renunciare suo honori, suis coniunctis, suis voluptatibus, deponere fiduciam in suam sapientiam, fortitudinem, autoritatem, è contra crucem suam collere, molestiâ carnem animumque luxuriantem afficere, ne exorbitet, & sequi Christum, ejusque unius gloriam querere. Matth. XVI. 24. Partim et purificando, adferendo Deo, tanquam Spiritui precum, (———) enim semper preces significat) Zach. XII. 10. thymiana ardentissimarum purissimarumque orationum, cui fini & modum formamque præscripsit Christus, Matth. VI. s.l. Denique exornando semet fructibus justitiae, qui sunt per Jesum Christum in gloriam & laudem dei. Phil. I. 11. Huic succedat III. Gratia augens & locupletans; quæ ubi de incrementis notitiae rerum sacrarum in intellectu loquitur, frequenter illuminationis voce, ceu jam supra notavimus, exprimitur; Graphicè hæc ab Apostolo in unâ ad Ephesios Epistolâ bis describitur, utpote cum cap. III. 16. seqq. Deum rogat, ut ipsis concedat juxta divitias gloriae sue, quæ non in potentia tantum ipsius immensa, sed gratia quoque incomprehensibili consistit, virtute corroborari magis magisque, de die in diem, ut alibi dixerat, II. Cor. IV. 16. per Spiritum

ipius in internum dominum, ejusque incrementum, ut adeo palpi-
fiat, habitare Christum per fidem in cordibus ipsorum, eosque adeo per
hanc inhabitacionem charitatis ipsius, in toto opere redemptio-
nis ipsis exhibet, firmam & immotam in animo certitudinem,
quasi in hoc amore sunt i. & radicati, habeant, perque eandem
comprehendere possint cum omnibus sanctis, qua hujus amoris sit mag-
nitudine inestimabilis & ut ita loquatur, latitudo, longitudo, profun-
ditas & altitudo, ac cognoscere amorem Christi excellentiorem esse omni
cognitione, quantumlibet excellenti, rerum hujus mundi, id est,
ut Lutherus in primâ Bibliorum suorum editione verterat: aut
exponens dle dieb. Christi, die doch alles Erkänenmus übertrifft. Ex quo fu-
turum sit, ut impleatur omni plenitudin Dei, h.e. omni eâ Divinâ grâ-
tia & gratia hujus donis, qua fidelibus suis unquam promisit Deus.
Quod quernadmodum de incremento præcipue cognitionis Christi
& mysteriorum inde dependentium dictum est. ita capite seq.
IV. 15. s. memorabili locutione intellectus & voluntatis, live no-
titiæ & amoris augmenta conjungit: ἀληθάνεται εἰς ἀρχήν, Vulgat.
veritatem facientes, in charitate. Beza, veritatem sedantes cum charitate.
Ita & Hunnius, Baldusius, Calovius. Alii cum Schmidio, Junio,
Grotio: sine fato existentes in dilectione. Quæ si interpretatio
recipiatur, tamen augmentum dilectionis in Christum, τὸ μάτιον,
consuetâ adverbii ellipsi, quoad omnia præcipitur. Syrus: quicquid
est nobis. Quomodo autem in omnibus diligere Christum, quo-
modo quicquid est in nobis diligendo crescere & semper magis ma-
gisque amare Christum, Ecclesiæ caput, & in hoc capite simul
omnia membra, per omnes juncturas coagmentata, poterant, ut
adeo totum corpus edificaretur, nisi in notitia, qua est radix &
fundamentum præxeos, simul augmenta subinde uberiora cape-
rent? Juxta tritum Augustini etiam diligetur, quantum cognosci-
tur. Claudit denique IV. hujus gratiae chorum gratia consummans
& ad perfectionem deducens, quanta quidem in hanc vitam ca-
dere potest. Eadem enim gratia, qua renovationem nostram
ἐπαρχεῖται, inquit, eadem & θίνεται, absolvit & perficit, Phil. 1. 6.
& quamquam cum Apostolo πολωμένοι, perfecti hic non sumus,
tamen διακομένοι καταλαβούμενοι, eo contendimus, ut perfectionem
affe

assequamur, b. III. i. 2. Quodcumque dicitur ad gradum nostrum, serimus in perfectionem; p
Hebr. VI. i. atque adeo ob hunc conatum & qualemcumque, quemodo
attigimus, gradum, & ipsi gradus seu perfecti dicimur, Phil. III. i. 12.

App. XVI.

Car gratia Adjuvans dicitur?

Dum gratia adjuvans & cooperans dicitur, ex ipsa denominatio-
nione ratione intelligitur, Deum & hominem simul ad
producendum unum eundemque effectum concurrere, quam-
quam homo subordinate ad Deum concurrat, quippe quum vi-
res agendi a Deo accipiat. Nempe in conversione Deus omnia
agit in homine, homo vero subjectum tantum est, quod con-
versionem & ea, quae ad eandem pertinent, admittit & recipit. At
in renovatione homo ipse agit, ex viribus pengrauiam acceptis,
Deus itaque operatur quidem etiam hic in homine, sed non solus,
verum homo simul operatur: Deus ergo cooperatur. Et dum homo
operatur, Deusque ad operationem eius concurrit, auxiliari
homini dicitur. Unde gratia cooperans, itemque adjuvans & auxi-
lia gratiae. Fundamentum doctrinae est, quod in ipso momento com-
pletæ conversionis homo, qui ante spiritualiter mortuus fuit, vi-
vere incipiat & vita suæ edere indicia. Vivere autem est agere. Fre-
quentis in sacris mentio vivificationis Deus enim, οὐκέτε εἰσλέπει,
dives in misericordia, sive copiosa Dei gratia nos in Christo & per
Christi meritum vivificavit, cum mortui essemus in peccatis, utraq;
nempe fidei virtutem nos donando, quæ tanta gratia est, ut omnes
divinitas bonitatis & gratiae excedat, id est, plane infinita & immensa,
Eph. II. 4. 5. 7. Alibi hæc vita, in primis quoad posterioris gene-
ris effectus, qui in animi mutatione consistunt & actionibus,
hinc prodéuntibus, cor novum & carneum vocatur, ex lapideo fa-
dum, Ezech. XXXVII. 26. quod statim explicatur: faciam, ut infor-
mabis mei ambulatis & iudicia mea custodiatis ac facias, vers. 27. Ad
verba: cor novum, celebris Judæus R. Sal. Jarchi annotat: רצְר
שַׁנְתָּחַדֵּשׁ לִטְמָדָה, concupiscentia, qua renovatur ad bonum, illi
nempe רְגֹזֶר, concupiscentia opposita, quæ est רְקָעָה, tantum mala.
Gen. VI. 5. R. Dav. Kimchi ad verba: cor carneum: רְבָבָה וְגַכְנָה לְקַבֵּל
cor molle & dispositum ad recipiendum bonum. Deus itaque,
אֱלֹהִים, בְּפָנָיו

qui dat cor carneum, dat vires, quae disponant hominem, ad concupiscentiam ea, quae sunt bona. Et tamen cum his ipsis virtibus ipse simul concurrit, hominemque bene acturum adjuvat, eidemque cooperatur. *Sine Christo enim nihil possumus facere*, Joh. XV. 5. Ut palmas à viti non succum tantum habet & vires, unde vivat, sed necesse etiam est, ut vitis, novum subinde succum subjiciendo, palmitem ad generandos fructus adjuvet, eidemque in operando concurrat. *Quemadmodū Deus dicitur verbī ministris, non obstante, quod dona iisdem contulerit ad ministerium necessaria, tamen in prædicatione auxiliū, cooperari*, Marc. XVI. 20. & ipsi ministri vocantur *auxiliū & officia Dei*, cooperarii Dei, quia quantumlibet inaequali operā, ad unum tamen effectum, quod est hominum ad veram fidem conversio, concurrunt: ita & res sese habet circa hominem ipsum, in ordine ad actiones bonas & Deo placentes consideratum.

Aph. XVII.

Gratiā Divinā universalem esse.

O Mais hic gratiarum, ut ita loquamur, chorus omnibus singulisque hominibus, ne uno quidem excepto, postquam in peccata prolapsi sunt & à Christo redempti, ex Divinā intentione destinatus est. Nemo hominum lapsorum antecedente prævisam hominis rejectionem Dei voluntate, per absolutum, ut vocant, decretum, ab ullā harum gratiarum, quo minus eivē offeratur, vel obtingat, exclusus est. Deus ex se & totā animi sui sententiā propensus est, omnes singulosque vocare, convertere, justificare, regenerare, conservare, sanctificare, perficere. Hoc ipsis fine omnes gratiā suā prævenit, omnes vult præparare, fidem in iisdem operari, ad bona omnia præstare auxilium. Nihil deest, ex Dei parte, quo minus omnes singuliique homines universis his gratiarum generibus fruantur. Soli homines in culpā sunt, quo minus harum gratiarum ad ipsos redundet fructus. Impiam Calvinianorum particularitatem omnes propemodum S. Literarum paginae refellunt & in pudorem conjiciunt. Si præveniens gratia etiam in generaliori illo conceptu de quo Aph. VII. egimus, sumpta non est universalis, quomodo gentes, quas omnes singulasque, voce: ὁ θεός, ὁ οὐρανός, ὁ άνθρωπος, ὁ άνθρωπος, alloquitur Paulus, Rom.

II.

II. i. seqq. excusatione deſtituentur, quo minus ad veriorem Dei
notitiam, perque hanc ad ſalutem perveniant? Rom. I. 20. Si in-
tra Eccleſiam Deus non omnes prævenire verbo, compungere,
ſollicitare, præparare ad fidem, convertere vult, cur omnibus
~~τηρέσθω τὴν θείαν~~, offert & quaſi manu ſuā exhibet, (quaē eſt hujus
vocis significatio, I. Tim. VI. 17.) fidem? Act. XVII. 31. Si Diuinagra-
tia in omnibus ſingulisque non vult operari & perficere opus
ſuum, quo homines ad Deum veniant & in peccatis suis reficiantur,
cur omnes ſingulosque ad ſe invita? Matth. XI. 28. Ut veniant &
ſine argento & auro emant vinum & lac, i.e. ~~תְּמִימָה~~, ut R. D. Kimchi,
h.l. gratis, ex merā gratiā, beneficia ſua acceptent, Elai. L V. 1. Si
non vult omnes mutare animum impiū & iuſtitiae ſtudere,
cur in clamat omnes: *Lavate vos, purificate vos, removete malitiām
operum vestrorum coram oculis meis; cessate malum facere, dicit ebonum
facere?* Elai. I. 16. 17. Totam citius exſcriperis Scripturam, quam o-
mnia coacervaveris & expenderis teſtimonia, non legale Dei
imperium, ſed gratioſam ejus & jam merito Christi reconciliatam
voluntatem in omnibus ſingulosque homines exponentia, quaē in
meras particulařitatiſ converti furori ſimilius eſt, quam temeritatiſ.
Quid clarius illo Apoſtoli: *apparuit gratia Dei ſalutaris OMNIBUS
hominibus, erudiens nos, ut abnegemus impietatem & mundanas con-
cupiſcencias, ac ſobrie & iuſtè & pie vivamus in praesenti ſeculo?* Tit. II. 11. 12.
Quoscumque gratia Diuina erudit per verbum, ut abnegent im-
pietatem & pie vivant, illis apparet utique, inque eos diſpenſatur,
idq; non exterius tantum, verbum proponendo, ſed & ~~σωτήριο~~
ſalutariter, ſalutem eorum intendendo. At omnes ſingulosque
etiam reprobos in Eccleſiā erudit, quia omnibus ſingulisque præ-
dicatur. Ergo. Nam ~~τὸν~~: *omnibus hominibus*, cum utroque recte
connectitur. Illuxit omnibus hominibus & eſt ſalutaris omni-
bus hominibus, id eſt, omnibus ſalutem adſert; ait ad h. l. 30.
Cœreju.

Aph. XII X.

Etiam respectu lapsorum.

Neminem præterit gratia ſuā Deus: ergo neque lapsos, ſi vel
ſexcenties vel millies fuerint lapsi. Vox universalis: *omnis*, Deus
vult omnes ſalvos; venite ad me omnes; gratia apparuit omnibus:

Ez

Deus

Gratiam efficacem esse & sufficientem.

Efficax nonnunquam dicitur, quod effectum actu producit. Quo sensu non omnis gratia efficax est. Cum enim gratia ordine agat, ordini autem resisti possit, hinc fieri ultrò intelligitur, ut effectus ordine non observato impediatur. Verum alio communiori sensu efficax dicitur, quod idem est ac sufficientis, estque in Physicis, quod viribus gaudet ad producendum effectum sufficientibus, sive attingatur actu ipso effectus, sive ab aliquo interveniente impediatur. Quo sensu efficax est medicamentum ad procurandam sanitatem, sive actu ipso valetudinem promoteat, sive ab accidente quopiam, quo minus operari possit, impediatur. Moraliter efficax & sufficientis est, quod ex agentis intentione tanquam medium ordinatum est, ad obtinendum effectum & per quod effectus obtineri potest, nisi ei medio obex ponatur seu obstatum. Hoc sensu omnis gratia Divina efficax est & sufficientis. Media à DEO ad conversionem hominis ordinata, verbum nempe, à Ministerio tractatum, & sacramenta, intra legitimum ordinem administrata, ex intentione DEI sufficientem in se virtutem habent, hominem fide donandi, eundemque justificandi. Nec enim verbum tantum exterius ostendit, quomodo componere se homo debeat, ut salvis fiat, sed simul animum commovet, ut verbo assentiatur & propositam in eo justitiam firmam fiducia apprehendat. In Christo enim gratia est & veritas, Joh. I. 17. i. est gratia, non in verborum blanditiis consistens, sed cum veritate, seu propensione opere ipso juvandi conjuncta, quo sensu jubeatur diligere non λόγος Εγλώσση, verbo & lingua, sed ἐργαζόμενος, opere & veritate, I. Joh. III. 18. Ita exponit hunc locum Praeceptor noster D. Dannenauerus, Hodos. Phæn. IX. p. 614. l. qvide universo gratiae mysterio secundū Scripturam rectè proponendo præclarissime meritus est. Exprimit, cù primis emphasis virtutis, in gratiâ Divinâ latentis, illustre Christi dictum, Joh. VI. 44. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit ipsum. Dicitur & gratia ducere, Rom. II. 9. 14. Sed quia duci potest etiam is, qui ultroneo motu ambulat, ελεύσεται seu traditionis voce in homine convertendo aliquid amplius se agere Deus significat, & invitum etiam atque naturali

furialiter reluctantem, non cogere quidem, aut ad speciem quan-
dameffectus determinare, trahere tamen innuit, non morali-
tantum suasione, quamquam & haec magno verborum argumen-
torumque pondere adhibetur, sed vi quadam superiore, phy-
sicæ analogâ, qualis ignis est, intimè penetrantis, & mallei, petras
conterentis, Jer. XXIII. 29. Chaldaeus: **הַקְרֵב כָּשָׂרֶת**, fortis fucue
עֲנִיָּן שְׁנָאָמֵר ignis, R. Sal. Jarchi: **בְּאַחֲרָת גַּבּוֹרָה כָּאֵשׁ כּוֹעֲרָתָן**, veniens in potentia, sicut ignis exarde-
scens, juxta significatum illius loci, in quo dicitur: Et factum est
in corde meo, sicut ignis ardens, Jer. XX. 9. quo sensu & duo discipuli:
ζεχί ή καρδία ημῶν καυράεν τὸν ἐν οἴστρῳ, annon cor nostrum ardens
erat in nobis, cum loqueretur nobis in via Saperiret nobis Scripturam?
Luc. XXIV. 32. Potentem itaque & omnem vim humanam su-
perantem in se virtutem complectitur gratia, in verbo proposita,
hominem percellendi, commovendi, impellendi; planè ut Pau-
lus dixit: sermo meus & præconium meum non fuit in persuasoriis hu-
manæ sapientiae verbis (quæ vers. 1. vocaverat sublimitatem sermo-
nis & sapientiae) sed in demonstratione Spiritus & virtutis, I. Cor.
II. 4. idque hunc ipsum in finem, ne fides vestra esset fundata in sa-
pientia hominum, sed in virtute Dei, vers. 5. Ergo gratia Divina,
per verbum agenti, cohæret virtus, omni humanâ, sive ea *ἐν ποι-
γοῖς λόγοις*, in fortiter persuadendo, quod oratorum est, sive
ἐν τοσσογχηνοῖς λόγοις, in subtiliter disputando, quod Philosophorum,
consistat, superior; ergo ita efficax, ut, nisi homo ipse sit in culpâ,
eundem convertere possit: ergo Deus etiam hanc verbivirtu-
tatem eō dirigit, ut homines convertantur; id enim nisi faceret
Deus & frustra tantam vim adhiberet, & vis ista ex gratia proce-
dere dici non posset.

Aph. XX.

Huic tamen gratie resisti posse.

¶ totidem verbis afferit Stephanus, dum ad Judæos: *dura cera-
vitis homines*, ait, & incircumcisisti corde & auribus, vos perpetuò Spi-
ritui S. àrrimimeto, resistitis, sicut patres vestri, ita etiam vos. Act.
VII. 51. De quibus patribus Zacharias, c. VII. II. 12. renuerunt au-
scultare, contra posuerunt humerum refractarium, *antes suas aggra-
varunt,*

varunt, ut non audirent. In modo cor suum posuerunt sicut adamam
rem, ut non audirent legem. R. Salomo Ben. Melech. ad h. l.
הוּא אָבִן חֹקֶת שֶׁלֶת וְכֹל הַבָּרוֹל לְפָסָלָה
duritiae est, ut non possit ullo ferro sculpi. Isa & R. Ab. Esra. Qvanta
hæc est resistantia? Et ratio est, qvia, ut sub initium hujus medita-
tionis nostræ ostendimus, omnis gratia Divina ordinata est &
per media agit, qvibus vel resisti potest per naturam, vel non
resisti per gratiam. Nempe cum homo per naturæ corrupti-
onem non possit non resistere, gratia præveniens hanc repug-
nandi necessitatem infringit, facitque ut homo quidem ad-
mittere media possit, non autem ut necessariô & irresistibiliter
admittat, verum ut retineat libertatem me diis istis refragan-
di. Manifestum itaque est, resistantiam neqvitæ propriæ jure im-
putari, assensum soli gratia. Nec resistantia illa locum tantum
habet in gratia principio, sed in omnibus gratia gradibus. Tractat
ubiq; Deus hominem ut creaturâ rationalem, non ut bestiam, quæ
ad operas sibi obeundas cogitur & compellitur. Commonstrat
ipsa experientia, plurimos ipsis naturæ instinctibus, quibus non-
dum conversos Deus ad agendum poenitentiam & colendum
Deum invitat, obicem ponere & veritatem in injustitiâ detinere,
Rom. I. 18. Veritas pronuba puella est, invitat ad nuptias, com-
pingitur sumimâ cum injustitiâ ab invitatis in carcerem & deti-
netur. Prolixum Paulus catalogum in sequentibus verbis necit
refractariæ contumacizæ, quam ingrati hospites benevolen-
tissimæ invitationi opponunt. Jam si vel maximè per primam
gratiam quis exemplo Felicis, Act. XXIV. 25. compunctus ulteriori
gratia commovetur & via ipsi ad salutem per seriam informati-
onem, qvalem cum Paulus freqenter accersitus Felici præbe-
bat, monstretur, qvæ est gratia præparans, tamen & hæc amo-
rerum terrenarum, vers. 26. facile contemnitur & Paulus in
hostium suorum manibus relinquitur, verl. 27. Si quis Divina
gratia converrente jam sit collustratus, deserere tamen eandem
& tergum eidem obvertere, immò abnegare illam potest, ut
Petrus Matth. XXVI. 70. & Demas, II. Tim. V. 10. Qvod & plu-
rimi allii fecerunt, à Paulo noviter conversi, sed inruente peri-
culo à veritate deficiente, vers. 16. Ita qviper renovantem gra-
tuam

tiam pulcherrimis animum suum instruxerat & ornaverat virtutibus, tam engratiæ illi nunciū mittere & suis ad instar redire ab veteres fordes & voluntari in vitiorum cœno potest, II. Petr. II. 20. 22. Nec id semel tantū iterumq; sed frequenter. Eum enim sensum esse objurgationis divinæ apud Jeremiam: i.e. interprete B. D. S. Schmidio, quid abis strenue ad variandum iam tuam, cap. II. 36. dubitari non potest. Quasi diceret: cur tam sedula es virgo Israël, ad tam frequenter animum tuum mutandum? Mox mihi adhæres, mox Ægyptiis, mox ubi deuadū ad me rediisti, ad Assyrios deficis. Qvod ex omnibus interpretibus felicissimè expressit Lutherus: Wie weichest du doch sogen und fällest Jesu dahin / jetzt hieher? secutus R. Dav. Kimchium, qui ad h. l. ita commentatur: שָׁרוֹשׁ אֶל וְהוּא עַבְנֵן הַלּוּר כְּהַרְגּוֹתָו אמר טה הַלְכִי חַנָּה וְהַנָּה לְכַקֵּשׁ עַזְר significat ire; secundum quam interpretationem id dicere vult: quid abis modo buc modo illue ad querendum auxilium? Ipsa divina inhabitans gratia hominem ad persverantiam sollicitans eliditur & expellitur hominis malitiâ, dum peccatum inter Deum & hominem dividit, Es. LIX. 2. Filiusque DEI, postquam gustatum est donum cœleste & Spiritus S. cor hominis, tanquam domicilium suum, inhabitavit & bonum verbum DEI virtutesque futuri seculi jam quasi stantibus ad ostium cœli delibatae sunt, de novo crucifiguntur, ludibrio exponiuntur, pedibus conculeantur, sanguis foderis, per quem sanctificati fuerunt, communis existimatuerunt & Spiritus gratiae blasphematur, Hebr. VI. 4. 5. 6. X. 29. Cum igitur omnes gratiæ gradus, ab infimo ad summum, eorundemque operationes, hominis pertinaciâ irritæ reddi possint & quasi viiisdem oppositâ, testante roties clarissimâ Scripturæ literâ, destrui, quis dubitabit, gratiæ Divinæ resisti posse? Et quidem vis divinæ gratiæ, per quam agit, planè divina, major omni robore humano, illi virtuti similis, quâ defuncti è mortuis excitantur, ceu illa ingenti cum ινΦασα describitur à Paulo, Eph. I. 19, 20. Sed ideo tamen non agit ad extremum virium suarum & potentiarum absolutarum, cui nihil potest resistere, II. Chron. XX. 6. Rom. IX. 19. verum ordinata, cui obex ponipossit; qvod vel ipsi Calvini concedere, etiam inviti, coguntur, dum vocanti gratiæ

vel

vel nullies resisti non diffidentur, quamquam huic cum summa
in Dei candorem injuriā intentionem adimant hominem con-
vertendi.

Aph. XXI.

Nec extra ordinem gratiam irresistibiliter agere.

Qum primum gratia per verbum in homine operari incipit,
excitari quosdam bonos intellectus & voluntatis motus,
quibus homo intra se prae intentionem suam compungatur,
quibusque non omnino resistere possit, nolimus cum D. Jo.
Musæo inficiari. Illi di i possunt irresistibiles, ait, quatenus nostram
deliberationem anteverunt, ut in nostra potestate non sit, impedire, ne
orientur: quamvis postquam exorti sunt, resisti iis, & ne radices agant,
impedire, vel plane suffocari possint. De Conv. Tract. Min. Dilp. V.
§. XLIX. Id ita pro immensâ suâ gratiâ dispositus Deus, quo mi-
nus ulli apud quemcunque hominem excusationi locus sit reli-
ctus. Ipsimet pertinacissimi & obstinati athei, qui animum su-
um adversus omnes Christianorum objectiones studiò obtura-
runt, tamen subinde contra voluntatem suam, ubi divini ver-
bi propositione quasi siderantur, vellicationes intra se tales sen-
tiunt. Et flagitosi, quicunque, quantumcunque sceleribus suis
liberè licenterque indulgentes, tamen nonnunquam molestas
sibi compunctiones sentiunt, quas subterfugere nullo studio, nul-
lā arte possunt. Sed de hoc cum dubitari non possit, dantur
extraordinariae gratiæ Divinæ operationes, qualis fuit, quæ cir-
ca Paulum, errorum scelerumque consuetudini eximendum,
occupata fuerat. Quam irresistibilem tuisse negare non vult
D. Dannhauerus, Hodom. Calv. Part. I. p. 470. sibique suffragan-
tem allegat D. Balt. Meißnerum, in Hodos. Phæn. IX. p. 617. Obser-
vavit vero vir acerrimi judicii, D. Jo. Hulsemannus, Breviar. Ext.
c. VI. Suppl. Th. X. Simonem, Saulum, Bileamum, aliosque super-
naturali divino influxu agitatos, liberè defessisse à motu, quem conce-
zaverit ille influxus, liberè quoque executos esse id, ad quod incitaban-
tur per illum influxum. Immò etiam liberè concrarenisse influxui,
licet extraordinario & miraculoso. Tamen in Paulo Thesi antece-
dente quosdam actus distinguit: Paulus, inquit, extraordinario
quidem modo s̄sistit ab ardore persequendi Christianos; extraordinaria-

eo etiam modo vocatur ad obediendum Christo; sed ipsa ejus regēre
ratio & conversio intratriduum non est facta irresistibiliter. Et vehe-
menter confirmatur hæc sententia ex Act. XXVI. 19. Ubi Paulus
dicit, se non fuisse incredulum cælesti visioni, ipsum in viâ Damascenâ
collustranti, atque eo ipso haud obscurè innuit, potuisse se uti-
que, si voluisset, refragari. Hugo Grotius ad hunc locum: tamen
potens illa vocatio, tamen non adimebat ei obſtendi potentiam. Quod
calculo suo comprobavit D. Calovius.

Aph. XXII.

Eadem gratiam posse amitti.

ID quomodo intelligendum sit, ex superioribus repetendum
est. Extra Ecclesiam spretâ primâ, quæ per verbum oblata est,
gratiâ, non tantum non subsequitur altera, sed ipsa prima haud
rarò aufertur atque amittitur. Clarissimum hoc est ex præcepto
Christi, quo Apostolos suos, ad gentes abituros, instruxit:
*quisquis non acceperit vos, neque audiverit verba nostra, egredien-
tes e domo aut urbe ipsâ, excutire pulverem pedum vestrorum.* Matth.
X.14. Quod & Paulus atque Barnabas Antiochiae fecerunt, Act.
XIII. 51. & Paulus Corinthi, Act. XIX. 6. Quo ipso tamen nec
apud gentes ita omnis amittitur gratia, quin prioris & rudera quasi
quædam permaneant, traditio scilicet ejusdem & narratio, ad po-
liticos propagata, & novi subinde accedant radii, ex famâ Chri-
stianæ religionis, quæ universum permeat orbem, Rom. I. 9. Adeò
& de hoc verum est, quod Paulus de naturisibus ad Deum invi-
tationibus enunciavit: *nunquam sine testimonio semetipsum reliquit*
Deus, Act. XIV. 17. Intra Ecclesiam tantam esse Dei erga scele-
ratissimos etiam homines, gratiam suam vel infinites malitiosè
atque præfractè repellentes, misericordiam, ut semper eosdem
ad pœnitentiam & redditum ad gratiam suam invitet, partim ex
universalitate istiusmodi invitationum, partim ex quotidiana
Deipraxi, verbum suum, cum seriâ convertendi gratiâ semper
conjunctionem, omnibus singulisque proponentis, Aph. XIX.
probavimus. Amittitur tamen aliquando, ex justo quidem, sed
libero tamen Dei judicio, amplior aliquis & fortior gratiæ gra-
dus. Exempli gratia, cui alias ea gratia obtigisset, ut in extremo
vitæ discrimine Ecclesiæ minister eundem adiisset, ex verbo Dei
effi-

Efficacissimā verbi tractationē informasset, ad horrendorum crī-
minum agnitionem deduxisset, atque adeò animam ejus ex dæ-
monis faucibus eripuissest, illi, si priorem gratiam & Spiritum S.,
malitiosè pertinaciterque excusset, hæc tam particularis gratia,
sine quā tamen ob summam animi pervicaciam & mentis indu-
rationem difficulter convertitur, subtrahitur. jam qui ip-
sius gratiæ convertentis ultimò particeps factus est, animum
suum verā summāque, quæ in hanc infirmitatem cadere potest,
vitæ sanctimoniam condecoravit, qui ipsius regni cœlestis quasi
gustavit primiætias, eum tamen has gratias omnes, totaliter ut
loquuntur, & finaliter, amittere id est, per contractam noviter
incredulitatem & peccata contra conscientiam commissa, Spir-
itus Sancti, ipsum inhabitantis, jacturam facere, inque fœdum
peccatorem & infernal regni hæredem degenerare posse, ita
solis radiis in Scripturā descriptum passim extat, ut qui Syncre-
tismo & conciliandis Ecclesiæ Lutheranæ cum Calvinianâ senten-
tiis mordicus dediti sunt, tamen hunc errorem omnium peri-
culosissimum esse & in securitatem carnalem suā indole præci-
pitare ultrò confiteantur. Nemo hanc doctrinam majori ar-
gumentorum pondere excusset, quam Remonstrantes, declara-
tione Articuli quinti. Legas in Scripturā: justum avertere se à ju-
stitiâ suâ & facere omnes abominationes; Ezech. XXIX. 24. eundem
desciscere à Deo, Jer. II. 29. Dominum deserere, Esai. I. 4. s.
credere ad tempus, mox deficere, Luc. II X. 13, excidere ex gustu
virtutum futuri seculi, Hebr. VI. 6. peccare malitiosè, acceptâ
jam veritatis cognitione, cap. X. 26. se avertere à viâ justitiae & in-
volvi iterum sordibus hujus mundi, II. Petr. II. 20. 21, bonam con-
scientiam repellere & circa fidem naufragium facere, I. Tim. I. 19.
corde pravo & incredulo recedere à Deo vivo, Hebr. III. 11.
apostatare à fide & attendere spiritibus erroneis & doctrinis dæ-
moniorum, I. Tim IV. 1. Quæ & innumera alia non sine monströsâ
detorsione ex literæ proprietate dejiciuntur. Tamen amissâ hac
gratiâ non perit gratia hominem revocans, eundem de novo
illuminans, ad pœnitentiam, quantum in se est, reducens, quæ-
rens ovem deperditam, donec si fieri possit, invenerit, Luc. XV.,
quamquam nonnunquam spe sua & conatn omni destituatur,
Joh. XVII. 12.

Aph. XXIII.

Notitiam gratiae necessariam esse.

Est enim notitia principii salutis & causæ ejusdem principiæ. His, quæ ipsa illa inæstimabilia DEI beneficia, qvibus salutem nobis post lapsum decrevit & pretiosissimo proprii sui Filii sanguine acquisivit, applicat & obliguat. At quid magis necessarium est, qvam id nosse, sine quo salus nobis obtингere non potest? Aut, si tunc illa ex meritis naturæ principiis, qvod nonnulli Universalis Religionis patroni contendunt, æternæ salutis gloria obrin gere potest, cur ubiq; Divina gratia in Scripturâ tantopere prædicatur, qvod per eam solam ex æterno exitio erexit salutem ad ipsam? Cur illa omnem Epistolarum Apostolicarum paginam, id est, initium, medium, finemq; occupat? Cur tam sollicitè gratiae omnia transscribuntur, qvæ ad salutem nostram faciunt, econtra naturæ legisq; operibus magnâ argumentorum vi, præcipue in Epistolis Pauli ad Romanos, ad Galatas & ad Ephesios, denegantur? Nulla excogitari potest ratio, qvæ nos ad notitiam ipsius redemptionis nostræ, per pretiosum Christi sanguinem peractæ, adstringat, qvam tamen abolutè necessariam esse, ipso sole clariora testimonia evincunt, Ioh. XVII, 3. Act. IV, 12. qvin ea pariter æquali necessitatis gradu Divinæ gratiae à nobis cognitionem requirat. Nec in genere tantum nosse sufficit, gratiam in nobis fidem & salutem operari, sed particulatim scire oportet, qvo illa in procurando salutis nostræ negotio ordine modoque procedat? Id enim nisi noveris, qvomodo te operationibus ejus subjecere, easdem admittere, aut cum iis, ceu officium tuum postulat, concurrere poteris? Si auri argenteique immensus tribi donaretur acervus, inutilis tibi universa isthac massa foret, nisi novisses, qvo pacto eandem in potestatem tuam redigere, tibi que propriam illam & fructuolam reddere, etiam secundum omnes applicationis partes, posses. Meritum & satisfactio Christi inexhaustus est omnium divitiarum thesaurus. Ut ejusdem particeps reddaris, scire necesse est, qvâ tibi manu in tuas met tradatur manus? Qvomodo in iisdem roboretur, firmeturque, ne ejus iterum facias jacturam? Ut fidem consequaris, qvâ hunc thesaurum apprehendas, nosse oportet, gratiam eundem omnibus

bus offerre, aut saltē ad offerendum paratam esse. Hęc univer-
salitas, si creditu explicitè & formaliter, ut in scholis loqūmūr,
sub ipsis nimirum universalium signorum terminis, necessaria
non est, necessaria tamen erit, ut credatur virtute, seu ut de parti-
cularitate non fueris persuasus, aut directe neges universalitatem.
Si non simpliciter & omni casu ad generandam fidem necessa-
ria est, necessaria tamen est ordinarię, & ne fides semel genera-
mittatur. Jam si persuasus sis, gratiam Divinam vel in instanti in
te operari fidem, vel te ejusdem virtuti, ex Dei intentione agenti,
resistere non posse, vel semel tibi collatam te non illo casu pos-
se amittere, quantum hęc opiniones animo tuo insinuabant aut
langvorem aut securitatem, quo minus id facias, quod Divinus
ordo requirit, ut vel habeas fidem, vel ne amittas? Quo pacto
igitur fidem vel impetrabis vel conservabis? Si qui inter tanta pe-
ricula fidem custodiant, in se tamen & nativā suā indole senten-
tiae ita comparatae sunt, ut fidei, non aliter ac sanitati venenum,
insidentur. Latet nonnunquam virus, neque effectum suum
assequitur, sed ideo non desinit virus esse, omnibus modis vitan-
dum & fugiendum.

Aph. XXIV.

Quicquid non fit ex gratiā, salutare non esse.

UTENIM Deus gratiam suam unicam salutis nostrę operariam,
αλφη τελεωτικόν, Alpha & Omega esse voluit, nec in
consoritum hujus operis unquam admisit vel naturam vel opera
Legis, sed hęc potius, tanquam gratiæ internecino bello opposi-
ta, perpetuā salutis negotio exclusit; Rom. III. 24. IV. 4. XI. 6,
Eph. II. 8. 9. Tit. III. 5. ita quoque gratum eidem nihil, nihil homi-
ni salutare esse potest, quin ex agnitione hujus gratiæ proficiat-
tur. Quicquid enim gratiæ decerpitur & homini, ejusque viri-
bus factisque adscribitur, id DEO quasi surripitur atque ideo ei-
dem summè exosum est. Causam ejus rei evidentem reddit Paulus:
ne homini ulla relinquatur gloriandi materia, Deoque adeò eri-
piatur salutis, à se solo procuratę, gloria, Rom. III. 19. 27. Eph. II. 9.
Habet autem gratia certos, cęu suo loco diximus, gradus. Non
omnis gratiæ vis in quemcunque statim profunditur. Ut homi-
nes, ita quoque Deus unum majori & impensiori gratiā quam
alte-

aliterum complectitur, cuius etiam inæqualitatis gravissimas in
ipso homine, diversimodè se erga Deum gerente, invenit causas.
Nec sequitur: hunc non eo usque gratiâ prosequitur Deus, ut eum
dem pro filio suo habeat & regni cœlestis hærede; ergo nulla in
eidem exhibet gratiam. Nec sequitur: hoc vel illud hominis opus
ex summo illo gratiæ gradu, per quem homo justificatus sancti-
ficatus est, non procedit; ergo non procedit ex gratiâ, sed ex natu-
râ. Inferiores gratiæ gradus idèò gratiæ dignatione non excidunt,
quia infra summum gradum subsistunt; sicut Comes idèò non desi-
nit esse nobilis, quia eum nobilitatis gradum non attingit, in quo
constitutus est Imperator. Quicquid summum gratiæ gradum ita
antecedit, ut viam ad eundem paret, eumque ut producat, ex Divi-
nâ ordinatione aptum natura est, id ex gratiâ est, quamquam in
irregenito est. Plane eodem modo salutare est, quicquid ex gratiâ est.
Salutare in eminenti gradu est, quod salutem actu confert & ex
illo salutis per justificationem collatæ statu tanquam ex fonte
promanat. Sed idèò salutare esse non desinit, quod infra hunc gra-
dū subsistit, & ad hunc gradum tendit. Cur enim salutare non sit,
quod salutem efficit & procurat, etiam antequam salus actu effecta
sit & procurata? Cur salutare non sit, quod à Spiritu Sancti gratiâ in
hunc scopum dirigitur, ut salus efficiatur? Quicquid ante con-
versionem rerum sacrarum agit homo, id aut agit hunc ipsum in
finem, ut ad Deum convertatur: quis hoc dixerit esse à naturâ
& non potius à gratiâ? Aut ob alium quemcunque finem agit, ut
pote ut gloriam captet, ut ingenium exerceat, ut tempus terat.
Ubi quidem hominis finis non est à Spiritu S. sed à corruptâ carne,
quia tamen actioni ipsi Dei intentio conjuncta est, hominem
convertendi, illâ eatenus à gratiâ esse, dubitari non debet. An enim
Christianus Gerlon & alii, quos recenset nostras D. Dorscheus, Part.
II. Theol. Zach. §. 33. casu incidentes in sacrum codicem & curiosi-
tati explendæ eundem legentes, à naturâ aut à casu, non à gratia
conversi sunt? Hominis irregeniti notitiam de mysteriis Divinis
& ipsâ Divinæ gratiæ œconomia, quæ tamen sive ex hominis sive
Dei intentione ad hominis conversionem destinata est, absolute
& citra limitationem opus vocare meræ naturæ & carnis corru-
ptæ, dolum potius & mendacium quam veritatem, exitio sum po-

sus quam salutare, perquam periculorum esse videtur. Quod
enim vel homo ipse ad conversionem suam dirigit, vel Deus,
quodque à Dei gratia hanc ipsam ob causam homini concedi-
tur, ut eundem commovere & mutare in melius debeat, id
à gratia est, id eatus verum est, id salutare est. Non ins-
ficiat dum tamen est, si haec ipsa notitia, etiam pro verâ in
intellectu irregeniti in Ecclesiâ existentis agnita, sibi meti ipsi
salutariter non applicetur, nec transferatur ad usum, hactenus
falsam vocari posse, nec salutarem, quâ notitia effectui, quem
intendit, non respondet, qui defectus à corruptâ carne est &
dolo atque mendacio similis, quia hominem seducit, quo
minus notitiae præmio actu ipso fruatur. Longè magis à cor-
ruptæ carnis dolo & exitiolum erit, si quæ sit notitia extra Eccle-
siam, ne quidem cum assensu conjuncta, aut certè plurimis im-
perfectionibus foedata, ut cum gentiles norunt, Deum esse
Colendum, (quod ipsum tamen, quantumvis imperfectum, re-
ritatis nomine condecorat Paulus, Rom. I. 18.) ignorant au-
tem, quis ille sit Deus & quomodo sit colendus, immo ne qui-
dem in tantum illum colunt, in quantum colendum esse ex na-
turâ novisse poterant; cum Pontificii norunt, Deum solum in Je-
su Christo esse invocandum, & tamen, eidem sanctos angelosque
in eodem invocationis honore associant. Hæ tales notitiae,
verius doli & mendacii, quam veritatis nomine dignæ sunt,
dicente Apostolo; transmutarunt veritatem Dei in mendacium,
Rom. I. 25. De quarum notitiarum genere rectius alleges illud
de illis Apostoli: *Quicquid non est ex fide, peccatum est;* Rom. XIV. 23. quæ
in orthodoxâ Ecclesiâ notitiis, quæ eatus sunt ex fide, quæ divi-
na veritati, in verbo revelata, sunt conformes & adeò ipsam fidei
justificantis materiam constituunt, quamquam iisdem deficiat
fiducialis apprehensio & ad animi sanctificationem applicatio.

Aphor. XIV.

Mysterium hoc gratia sancto pioque animo

agnoscendum esse.

Planè elucet ex admirandâ gratia Divinae Oeconomia im-
mensa & stupenda Dei sapientia, de quâ æquum est, ut illud
Apostoli, quamquam de arcanis dispensandæ hujus gratia modis
præcipue enunciatum, exclamemus: *o altitudo divitiarum* *sagittæ*

G

*sapientia & cognitionis Dei! Quam inscrutabilia sunt iudicia ejus & impervigilables viae ejus! Rom. XI, 33. Cum pereundum homini esse Divina justitia dictasset, summæ sapientiae fuerat, viam per misericordiam ejus aperiri, quā & vivere posset & beatè vivere. Cum recuperata Divino sanguine tanta felicitas esset, non minoris sapientiae fuerat, ordinem modumque disponere, quo parti nobis beneficij per gratiā suam redderemur participes. Quid dicas de his Divinæ providentiae consiliis? Confitabor Jehovam in corde meo, in omni rectorum & cœtu. Magna sunt opera Jehova, perquisita quoad omnia beneplacita eorum, deus & honor est opus ejus & justitia ejus perficit in perpetuum. Memoriam fecit mirabilibus suis, GRATIOSUS & misericors Jehova. Psalm. CXI. 1. 2.3.4. In hac sapientia effulget bonitas prorsus incredibilis & inestimabilis. Quorsumeunque convertas oculos, amoris te Dvini radii, intensissimi, penetrantissimique, circumpleteuntur. Mortuum te revocat ad vitam. Jacentem in sanguine erigit. Præt te, comitatur te, sequitur te. Magum ubique admovet, infirmum confortat, labentem sustentat, currentem roborat. Prius proprii filii tenerrimi pectoris mater, quam illetui obliviscitur. E fauibus te dæmonis eripit, è mundi insidiis te liberat, domat carnem, quotidiana tibi pericula creantem. Postremò æternæ & immarcessibili ineffabilium gaudiorum gloriae te vindicat. O gratiam, vel gratiæ potius oceanum, ne mente quidem, nedum ore aut calamo exprimendum! Gratias tibi, ô æterne, ô incomprehensibilis Deus, agimus pro tantâ gratiâ immortales! Benedictus sit Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui juxta multam suam misericordiam regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem & immaculatam & immarcessibilem, servatam in celo in nos. I, Petr. I, 3.4. Quid pro tanto beneficio Deo nostro reddemus? Davidem imitabimur, qui cum omnis generis beneficia, quibus ipsum sive quoad corpus sive quoad animam cumulaverat Deus, recensuisset, praedicasissetque summatim, *מְגַרְתָּם*, רְחִמָּה, צִדְקָה, benignitatem, misericordiam, v.5. id est, *וְיָמָרֶתְּךָ וְעֵדָתְּךָ וְעֵדָתְּךָ*, consummatissimam excellentissimamque gratiam, conversus intra sele ejus admiratione: *Quid retribuam, inquit, Jehova pro omnibus ejus beneficiis super me?* respondebatque: *calicem saluum ac ipsam & nomen Domini invocabo*, Psalm. CXVI. 12. 13. Placet nobis pientissimi*

imi Theologi, D. Mart. Gejeri, hujus loci expositio, quia con-
textui omnium convenientissima est: cum quid rependam, nibel
plandere penes mereperiām, age, mi Deus benignissime, pergam ego post
bac frenū ex tuā manu salutem omnis generis suscipere. Inebriari
me patiar iūdū dulcedine, tūumque semper invocabo ac prædicabo no-
men. Id & nos hodie agamus. Est divina gratia calix omnibus
sub sole salutibus plenus. Hunc offert nobis Deus gratus &
justus & misericors, in salutem nostram; longè sanctiori ratio-
ne, quam hodie bibones nostri in aliorum sanitatem pocula
propinan. Id tantum restat, ut accipiamus & bibamus, di-
centes cum Davide: נָשׁוּ בְּכֹסֶת יְשֻׁעָה, calicem salutis gratiarum-
que accipiemus; quod Germani dicerent ich will bescheid ihun. Non
emenda sunt nobis pretio beneficia, nonsudore & labore com-
paranda. Acceptanda tantum sunt ab offerente. Quanta hæc
hominis lapsi & peccatoris est felicitas? Commeruerat infinitas
mortes, condonatur ipsi pœna ex gratiâ, offertur vita. Nihil
aliud à peccatore requiritur, nisi ut acceptet. Agedum itaque,
cum ostium cordis nostri pulsat, audiamus sonum vocemque,
non occludamus aures. Hodie si vocem ejus audiremus, non ob-
turemus corda nostra. Psalm. XCV. 7. 8. Si operam in nobis suam age-
re, si ad domicilium sibi parare pectora nostra adlaboraverit, ne
divinum hoc studium vel socordiâ nostrâ vel renitentiâ impe-
diamus. Introeuntem ambabus ulnis excipiamus, osculantem nos
osculemur & ipsi, Cant. I. 2. Teneamus & complectamur hunc
hospitem, omnium gratiarum divitias tecum asportantem te-
nerrimo induculoque complexu, nec dimittamus, donec plenissime
nobis benedixerit, Gen XXXII. 27, omni benedictione spiritu
ali in supracœlestibus in Christo. Eph. I. 3. Huic uni nos totamque
vitam nostram & omnia desideria nostra & universas actiones no-
stras consecremus. Quicquid cogitamus, quicquid agimus, cū unus
spiritus cum ipso simus, per ipsum & in' ipso loquamur & agamus:
Vincat perpetuò carnis nostræ illecebras Divinæ gratiæ virtus,
obstat dæmonis astutæ robur divinæ bonitatis & mundi insidias
reprimat cœlestis Spiritus sapientia. Adjuti divinæ gratiæ,
quicquid foedum & Christiano nomine indignum est, summo
odio prosequamur. Abnegemus nos ipsos, fugiamus omne id,
quod mundum redolet & crucifigamus carnem nostram cum
desideriis suis & concupiscentiis. Studeamus optimorum pul-
cerrimorumque morum sanctimonias, sine quâ Deo placere
non

non possumus. Hæc si per divinam gratiam faciamus, gratia nos illibatos inculpatosque ad illum usque diem conservabit. Eadem gratia nos comitabitur ex hoc mundo exentes & Deo nos uniet in cœlo, summo animæ nostræ bono. Illa denique nos recreabit, beatosque reddet in æternitate, nunquam ullis seculis terminandâ. Cur itaque non cum Apostolo quotidie num ex intimo pectoris penetrali effundamus suspirium?

Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum Spiritu nostro. Amen!

Pag. B.2. f.2. lin. 26. pro *4 DEO*, lege: *contra 4 DEUM.*

Cetera B. L. ex contextu facile emendare poterit.

De Praestantissimo DN. J. F. EICHFELDIO,

Nonita pridem meo in Collegiis tum Theologico Disputatorio, tum aliis, solidiora Bibliorum s. scrutinia promoventibus, Auditore plane industrio, attento & grato,

Publicitus jam autem abitum *RESPONSURÆ.*

Iicut hic in studiis industrius atque *† fidelis.*

Ac fidei sanæ dat documenta suæ;

Sic Auditores Deus hunc* dabit inde *fideles.*

Quando fidei lucens ipse Minister erit,

Quod precor. Inter ea studium congrator & opto,

Qvarneus ac fidei robore clarus eat!

† Eichfeldius;

Anagr. aspir. exp.

Lucens fidei Ceu fidelis.

* Velcum aspir. *Huic fideles.*

L.M.Q.

A. D. HABICH HORST, D.

O Qvam gratus eris multis, *Per dulcis Amice,*

Dum sic quid referat gratia, ritè doces.

Non ludis tempus, non baccho perdere corpus.

Hic Te quis vidit, mens sed in arte fuit.

Tu pietate satis versasti scripta sacrorum,

Qveis de divinis pagina qvæque docer.

Tu collegisti, qvicquid meminisse juvabit,

Quando sacrî olim fungier aptus eris.

Tu mores placidos, Tu vitam mente securaci

Ad laudem nosti compouisse bene.

Ergo Tibi sortem laudis præfigio qvæque,

Et sis Doctor, cum pietate precor.

Ita Clarissimo Dn. Respondenti, Fautori atq; Amico suo optimo propter Eruditonem, quam habi cum pietate conjunctam semper esse voluit, bene precaris soluit

JOACHIM. OTTO. Rect. Schol. Rost.

es(o)•



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740910345/phys_0061](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740910345/phys_0061)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740910345/phys_0063](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740910345/phys_0063)

DFG



sus quam salutare, perquam periculoso
enim vel h[oc] mo ipse ad conversionem suan
quodque à Dei gratia hanc ipsam ob causa
tur, ut eundem commovere & mutare in
à gratia est, id eatenus verum est, id salu
fician dum tamen est, si haec ipsa notitia, e
t lectu irregeniti in Ecclesia existentis a
salutariter non applicetur, nec transferatur
falsam vocari posse, nec salutarem, quā no
intendit, non responderet, qui defectus à ce
dolo atque mendacio similis, quia homi
minus notitia præmio actu ipso fruatur. I
ruptæ carnis dolo & exitiosum erit, si quæ sit
siam, ne quidem cum assensu conjuncta, au
perfectionibus fœdata, ut cum gentiles n
colendum, (quod ipsum tamen, quantumve
ritatis nomine condecorat Paulus, Rom.
tem, quis ille sit Deus & quomodo sit cole
dem in tantum illum colunt, in quantum co
turā novisse poterant; cum Pontificii norunt,
sū Christo esse invocabundū, & tamen, eidem
in eodem invocationis honore associant.
verius doli & mendacii, quam veritatis ne
dicente Apostolo, transmutarunt veritatem
Rom. I, 25. De quarum notitarum genere re
de illis Apostoli: Quicquid non est ex fide, peccatum
in orthodoxa Ecclesia notitis, quæ eatenus sur
næ veritati, in verbo revelata, sunt conformes
justificantis materiam constituunt, quamqua
fiducialis apprehensio & ad animi sanctificat

Aphor. XXIV.

Mysterium hoc gratia sancto pio
agnoscendum esse.

P Lanè elucet ex admirandâ gratia Divinæ
mensa & stupenda Dei sapientia, de quā eq
Apostoli, quamquam de arcanis dispensandæ b
principiū enunciatum, exclamemus: ô altissi
m. illud odis
m. S. pitem

